


248 Philos.




CURSUS
METAPHY-
SICUS
METHODICUS
PER TABELLAS, VARIAS
QUÆSTIONES atque REGULAS
DISPOSITUS & EMEN-
DATIOR

*Nunc quartâ vice redditus,
à -*

KILIANO RUDRAUFFIO.
Olim Eth. post Log. & Met. demum
THEOLOGIÆ PROF. GIESENO.

GIESSÆ-HASSORUM,
Typis & Impensis HENNINGI MÜLLERI,
ANNO MDCCII.



CURSUS METAPHYSICI METHODICI
DISPUTATIO I.

CAP. I.

DE NATURA ET CONSTITUTIONE METAPHYSICÆ.

1. *Etymologia*, quod dicitur ὡς τῶν μετὰ τὰ φυσικά, *supra* naturalia, quia continet superiora & sublimiora naturalibus, vel *post* naturalia, quia *post* Physicam est inventa; *μετά*n. & *supra*&*post* significat.

Impropria & *honoraria*, ut quando vocatur *Philosophia prima*, *scientia transmundana*, *scientiarum Regina*, *Princeps*, *scientia honorissima*, *scientiarum complexus* &c. vel *Propria*, quando dicitur *scientia universalis*, *Ontologia*, *Theologianaturalis*, *Sapientia*, quæ tamen non est Metaph. Genus, sed saltem *synonymum*. Verè enim Metaphysicæ conditiones sapientiae conveniunt. Quæ sunt seqq.

- | | | |
|----|---|---|
| I. | <p>2. <i>Syn-</i>
<i>ony-</i>
<i>mia</i>.</p> <p><i>Syno-</i>
<i>nyma</i></p> <p>a. <i>funt</i>
vel</p> | <p><i>Propria</i>, quando dicitur <i>scientia universalis</i>, <i>Ontologia</i>, <i>Theologianaturalis</i>, <i>Sapientia</i>, quæ tamen non est Metaph. Genus, sed saltem <i>synonymum</i>. Verè enim Metaphysicæ conditiones sapientiae conveniunt. Quæ sunt seqq.</p> <ol style="list-style-type: none"> 1. <i>Omnia scire</i>: sc. <i>confuse</i> non distinctè, <i>in universali</i>, non specifi-
cè, <i>realiter</i>, non <i>intentionaliter</i> aut <i>instrumentaliter</i>. 2. <i>Versari circa difficilima</i> : i. e. <i>remotissima à sensibus</i>, quæ <i>nobis</i>
sunt <i>difficillima</i>. 3. <i>Certissimā demonstratione uti</i>, <i>circa certissimum objectum</i> è prin-
cipiis adæquatis evidenter aliquid inferre. 4. <i>Ad docendum esse aptiorem</i>, <i>realiter</i> & <i>objectivè</i>, non <i>instrumen-</i>
<i>taliter</i> & <i>ratione modi</i>. 5. <i>Maxime propter se appeti</i>, <i>propter eorum</i>, quæ tradit, <i>summam</i>
<i>dignitatem</i>. |
|----|---|---|

II.

Reliquis disciplinis dominari, non *practicō* sed *Theorico imperio*.
Definitio. Est a Metaphysica *scientia*, quæ *contemplatur ens*, *quatenus ens*, & ea, quæ *ens*
per se insunt, i. e. *secundum prædicata re & ratione à materia & motu Physico*
abstracta.

Genus est scientia: sumitur & vel latissimè pia omisi notitia & mentis habitus vel strictè pro
habitu conclusionum specialium ex principiis specialibus, vel late & medio modo, prohabitu,
eruente qualescumque conclusiones sive generales ex principiis generalibus, sive specialis ex
specialibus. Et ita hic accipitur. & Differentia sumitur ab Objecto, cuius materiale est *Ens*
reale; formale seu modus considerandi, quatenus *Ens*, ut Td quatenus specificativè rectius
quam reduplicativè exponitur; quia hic specificat seu determinat modum considerandi.
& Non quacunque ens convenient, huc pertinent; sed in quantum re & ratione à materia
sunt abstracta. Re, ut non statim de se & necessariò exposcere materiale, in quo sint: Ratione,
ut hie alias in materiali existant, tamen modo immateriali considerentur & ratione à ma-
teriali pescindantur.

III.

Dico si	<p><i>Generalis sea communis</i>, quæ agit de ente in genere, ejusque principiis & af- fectionibus generalibus;</p>
---------	---

partes e- jus due sunt.	<p><i>Particularis</i>, quæ descendit ad entis species, quoisque illa sub abstractione seu modo considerandi contineri possunt, sc. <i>de substantia & accidente</i>, <i>de substantia in re & creato spirituali</i>.</p>
-------------------------------	---

DE NATURA ENTIS, PRINCIPIIS & AFFECTIONIBUS IN GENERE.

In scientia vel demonstr. Met. occur. TRIA: Object. Princip. & affectiones, unde

- I. Accipitur i. latissime pro omni, quod fundare potest veritatem propositionis, atque sic privationes & negationes entia sunt, quae prædicantur mediante verbo substantivo *Est*. Et sic non est ens, quod falsum est.
- De natura Entis ubi notetur.
1. Acceptio, quæ varia est, potissimum autem.
 2. Latere pro ente nominaliter accepto, sc. omnino eo, quod potest esse, sive actu sit, sive non sit.
 3. Strictio, pro ente participialiter accepto, sive ente actuali.
 4. Strictius pro subjecto vel ente per modum stantis sese habente in oppositum adjacentis, sicut *substantia est ens, & accidentis non ens*. Ita modus quoq; vocatur non ens.
 2. Definitio, Ens est, cui non repugnat esse in rerum natura. *Vel*, est res natura in se ita comparata, ut quando cunque supponitur esse, nihil habeat repugnantiae. *Vulgo*, quod habet essentiam. *Vel*, cui esse aliquod convenit.
 3. Synonyma, quæ sunt res & aliquid, eodem sensu accepta.
 4. Opposita, quæ sunt nihil & non Ens.
- Nihilum a. putum hinc intelligitur, quod est impossibile vel nihilum positionis, quod neque ponit, neque aliquid posere potest. Non a. nihilum vel subsistens vel existentia. Adeoque id nihil hic non est idem ac nullum ens aut nulla res: sed purè non ens..
- II. De Principiis not.
1. Quid? Resp. Principium est ratio, per quam affectio vel proprietas quædam de ente demonstrari potest, sicut ipsa entis ratio essentialis est id, per quod probatur bonitas &c.
 2. Quo- vel incomplexum, quod est ratio quædam simplex, ut dictum exemplum.
 3. Quo- vel complexum, quod est integra propositio, ut impossibile est idem simul esse & non esse.
- III. De Affectionibus vel Attributis entis not.
1. Quid? Affectio Entis est proprietas & enti verè conveniens, cumque & ea ita convertibilis, ut tamen & non sit de ejus essentia, sed eam tanquam radicem sequatur.
 2. a. Verè & re ipsa convenientia mentis operationem, unde affectiones entis sunt realies: licet realiter ab ente non distinctæ. & Convertitur & reciprocatur cum ente, sive simpliciter, sive sub disjunctione, &c. Non est vel ipsa essentia, vel de essentia, sed ad essentiam sequitur, adeoque ad conceptum secundum pertinet, non primum, quem sequitur vel a parte rei vel modo coniicieendi nostro.
 2. Quoties Simplex, quæ ita enti adæquate inest, ut simpliciter cum eo recipi possit vel procedatur, ut sunt unum, verum, bonum.
 3. Resp. Est *Coniuncta*, quæ sub disjunctione cum ente reciprocatur, illudque vel cum opposita dividit, ut esse alia vel potentia &c.

Q. 1. *An datur & existat Metaphysica à reliquo disciplina distincta?* A. Datur enim in illa distinctum & proprium objectum, dantur principia & affectiones distincta, ut in th. th. habetur, quæ tria distincta, faciunt scientiam distinctam. Estque illa non nominalis aut vocabularis scientia, sicut quandoque nobilissima hæc disciplina ab imperitis, vel non absque insigni & turpi injurya vapulat, vel non aliter ac onomasticon inepte tractatur. Verum disciplina est maximè realis & omni cognitione dignissima, vid. *Excellentiss. Dr. B. Antecessoris Disp. de Veritat. pr. philos. contra Anefum.*

Q. 2. *An rectius ὄντος οὐλογία vel ὄντος φιλοσοφία dicatur, quam Metaphysica?* Evidenter perinde esset, quoconque nomine convenienti appellaretur: Cur autem rectius ὄντος οὐλογία, quam Metaphysica vocetur, esse qui non possumus. Neque verum est, quod semper disciplina à speciali objecto nomen habeat, sicut nec Physica dicitur φυσικός.

Q. 3. *An objectum adaequatum sit ens reale, & per se?* A. Quia huic per se primo affectiones entis convenienti & ad hoc omnia referri possunt, quæ in Metaphysica directe sunt tractanda. Substantia est inadæquatum objectum & attributionis. DEUS a. perfectionis. Ens rationis non est per se scibile. Neque ens per accidens & per aggregationem, quia multum est, non unum per se sub scientiam cadit. Hinc ens in tanta latitudine objectum Metaphysices non est, ut simul comprehendat ens vel rationis vel per accidens.

Q. 4. *An ens, dum objectum dicitur Metaphysice, quatenus ens, supponatur, suppositione simplici, an personali?* Al. Posterius. Quia admittit descensum ad inferiora, sc. ad species entis, quæ sunt substantia & accidens. Quid autem taliter accipitur, personaliter, non simpliciter, supponitur, ut in *Disp. nostr. Tabell. Logic. IX.* expōsumus.

Q. 5. *An τὸ intelligibile latius patet, quam ens reale?* A. Quia τὸ γενιλογικόν rationis quoque dici possunt intelligibilia, cum 1. possunt esse objectum discutitus aut disputationis. 2. Contradictionis. Quod autem tale est, intelligibile erit. Sicut τὸ intelligibile non male quibusdam dividitur in aliquid & nihil, ut vid. Clauberg. in element. Philos. in 8. p. 182. Contr. Kyprian. Schuler &c.

Q. 6. *An abstractio Metaphysica recte dicatur à materia secundum rem & rationem?* A. Abstractio secundum rationem tantum est vel à materia singulari, vel à materia communis sensibili. Illa dicitur *Physica*, hæc *Mathematica*. Quæ autem est secundum rem & rationem, quā non solùm non consideratur materia, sed & à parte rei non statim involvitur materia. Metaphysica est: eaque duplex, vel secundum essentialia aut repugnantiā quā ita negarat materia, ut hoc modo abstractis repugnet esse in materia, sicut spiritus sunt à materia abstracti. Vel per & secundum indifferentiam, quæ & permissa vocatur, quā abstracta sunt ea, quibus equidem non repugnat inversum in materia,

teria, in conceptu tamen suo formaliter non involvunt materiam, adeoque itare sunt abstracta, ut non statim a parte rei exposcent materiam, atque sic transcedentia sunt abstracta, v. g. *unum*, *verum*, *bonum* &c.

Q. 7. *An res, ens, & aliquid sint synonyma?* A. Quia conveniunt in sensu. Per eis autem intelligitur omne, quod est extra nihil, sive ratio entis, sive ipsum ens. Et per rem omne id, quod est aliquid reale, non vel *latus*, quodcunque intelligibile, vel *strictus*, saltem res, persona aut actioni contradistincta.

Q. 8. *An entis datur principium?* N. Non datur entis in communi principium aliquid essendi & incomplexum, de quo est quæstio. Licet entis particularis detur incomplexum, vel entis ut sic complexum. Non datur, quia ente nihil est prius aut superius, omne autem principium est superius. Deinde 2. si entis daretur principium, etiam Dei daretur principium, quod enim enti convenit ut sic convenit omnibus sub ente contentis.

REGULÆ ET EFFATA.

1. *Impossibile est, etiam supernaturaliter, idem simul, eodem respectu & modo, esse & non esse.* Hoc omnium primum est principium, quod natura notum & per aliud non probandum, etiam ubique applicandum.
2. *Quodlibet est, vel non est.* Medium non datur inter illa prima contradictoria.
3. *Essentia rerum secundum esse possibile, objectivum aut definitivum, & quoad prædicta essentialia, sunt aeterna.*
4. *Essentia rerum Metaphysicè & formaliter acceptæ in suis definitionibus, sunt sicut numeri, ratione indivisibilitatis, neque addi quid, neque demi sibi patientes.*
5. *Non entis, nominaliter accepti, nulla est scientia, nulla sunt qualitates, nullæ prædicta, & realia, & positiva, & intrinsecè denominantia, & vel extrinsecè denominantia à sensibus externis, itemque & privativa intrinsecè denominantium.*
- * *Possunt esse prædicta & facta & intentionalia. & Negativa. & Extrinsecè denominantia ab actibus intellectus & sensus interni. Itemque privativa sed rursus extrinsecè denominantium ab actibus intellectus, imaginationis, appetitus &c. v. g. mons amarus est cognitus, est incognitus, non desideratus, est subiectum &c.*
7. *Essere est prius, natura quam operari vel tale quid esse.*
8. *Quod enim convenit ut sic in suppositione personali, secundum naturam, convenit omni subente contento.*
9. *Entia non sunt multiplicanda præter manifestam necessitatem.* Equus dicitur Ochami; vel novacula Metaphysica, cuius usus & exercitio multa præscinduntur vana.

Inter simplices affectiones, quae bene disiungas precedunt; prima est UNITAS, ubi

1. Numerica singularis aut materialis, quā unum singulare constituitur, ut unitas Pauli.
2. Universalis, à qua unum universale denominatur, ut unitas generica vel specifica, quā quædam sunt unum vel genere, ut homo & bestia, vel specie, ut Petrus & Paulus.
1. Acceptio. Est enim unitas.
2. Formalis vel essentia, quā unitas in se consideratur & ratione essentiæ, præcise ut est cuique propria, neque sub ratione universalis, neque sub ratione singularis, à qua utraque ratione differt, ut est, unitas humana natura ut sic.
3. Quantitative, quæ est principium numeri & rebus quantis solum convenit.
4. Entitativa seu transcendens, quæ rationem entis præcise sequitur. Accipiturque vel absolute vel relativè: Relativè unum dicitur Idem & opponitur diverso. Absolute dicit indivisum, ut hoc in loco.
2. Definatio. Unitas transcendens est & indivisio & essentiæ in ente. Et unum est ens in se & sua essentia indivisum, ut homo unus est, quia in se & sua essentiam non est divisus.
- * a. Indivisio & indivisum dicitur, non indivisibile vel indivisibilitas, quia compositum, quod est divisibile, nihilominus est indivisum & unum & ratione essentiæ hic considerata, unitas non collitur per divisionem accidentalem, quando quid ratione temporis aut loci, v.g. de vijsum dicitur, ut Christus, licet in multis distinctis locis vel temporibus resplisse presentis sit, tamen unus maneat in essentia.
3. Divisio. Est unitas vel per se, vel per accidens: vel realis vel rationis: vel simplex vel composita: vel universalis vel singularis, ut seq.
- b. Quid? Resp. Dicitur nexus vel modus, quo plura inter se sunt conjuncta & copulata. Et unitum, quod ex pluribus, in quæ est divisibile, conjunctioni est. Ipse actus uniendi dicitur unitio.
- Unio alia i. dicitur verbalis & notionalis, alia realis inter extrema realia realiter unita.
4. Co-
gnati-
onis.
Co-
gnati-
onis
tum
est u-
nio,
ubi.
2. Quo-
duplex.
Resp.
3. confe-
quens.
2. Alia essentialis, alia accidentalis, alia suppositalis, alia personalis, alia spiritualis, alia sacramentalis, alia etiam artificialis, prout unum seu terminus evomios, variat.
3. Alia externa, quæ fit per contactum forinsecum aut nudam & exterior. Alia interna per inexistentiam & existentiam, aut permissionem.
4. Alia propria, quæ vere quædam uniuiruntur. Alia impropria, quando nuda saltus & eius seu habitudo inter unibilia intercedit, ut v.g. inter coniuges, quæ socialis & inter amicos, quæ moralis dicitur.
1. Quid? Resp. Coronaria vel communicatio dicitur modus, quo id quod est hujus, propter unionem fit alterius, adeoque plurimum, sive quoad nudam possessionem, sive simul quoad usurpationem & operationem communem.

quod

quod	1. <i>Réalum</i> , est in-	1. <i>Ex</i> μετέβασιν, secundum transgressionem ad
est	ter subjecta	aliud subjectum priori desertō.
com-	2. <i>Quo-</i>	2. <i>καὶ</i> αἴσθησιν, secund. productionem vel af-
mu-	<i>tuplex</i>	fectionem alterius similis.
nio.		3. <i>Ἐγγῆσιν</i> , quoad usurpationem communem.
ubi	Resp,	4. <i>κατὰ συνδύσιν</i> seu <i>κατὰ ἐνωσιν</i> , secund. conjunc-
	vel	tionem aut unionem.
		<i>Intellectualis.</i> (qua alias quoque κατὰ μέθεξιν dicitur) quae sit inter
		subjecta realiter non distincta, ut species participat naturam &
		definitionem generis.
s. Opposito, Oppositum est <i>Malum</i> , quod in se est divisum, quale non datur in ente, sed		
enibus.		
I. Aff. simplex est <i>Veritas</i> , ubi	1. <i>Cognitionis</i> , (seu cognoscens, intellectualis vel conformativa) quae est conformi-	
Ac-	tas judicij cum objecto cognito.	
cepito	2. <i>Significationis</i> , in significando, & representando, quae est in vocibus & con-	
Est ve-	ceptibus res verè significantibus.	
ritas.	3. <i>Rei</i> , entitativa, objectiva, in effendo, transcendens, ut hujus est loci, incom-	
	plexa & in actu signata.	
2. <i>Definitio</i> . Veritas transcendens est convenientia essentiae enti inesse debita. Et verum,		
ens cui convenit essentia ei inesse debita, ut aurum est verum, cui aur'i essentia convenit.		
3. <i>Oppositorum</i> est <i>Falsum</i> , cui non convenit essentia ei inesse debita. Quale non datur,		
in re ipsa sed saltem appareret, & in intellectu falso apprehendente & judicante,		
ut aurichalcum falso est aurum, quod putatur verum.		
II. Aff. complexa est <i>Bonitas</i> , ubi	1. Bonitas alia vera, alia apparentis & ficta.	
Am-	2. Alia theoria, sive naturalis sive transcendens & supra naturalis. Alia	
bigui-	practica seu moralis.	
tas.	3. Alia per essentiam & simplicissima, alia per participationem, & secundum quid.	
Est n.	4. Alia absolute & in se, alia respectiva & alteri.	(est.
	5. Alia est honesta, alia utilis, alia jucunda. Hoc in loco transcendens consideranda	
3. Op-	2. <i>Quidditas</i> . Esta. bonitas transcendens ipsa rei inesse debita perfectio. Et bonum ens,	
posi-	cui perfectio rei inesse debita convenit.	
tum.	* <i>Est a. ratio formalis perfectio, non accidentalis aut integralis, qua substantialis dicitur, sed</i>	
quod	<i>essentialis: qua omni ente convenit.</i>	
est	1. <i>Quid?</i> Malum est id, quod caret perfectione sibi inesse debitā. <i>Malitia a.</i>	
malū.	ipsa debita istius perfectionisarentia.	
ubi	Sicut a. falso non est in rebus, sed dicitur saltem de iis denominatione ex-	
	tinsecā, ita quoque malum non est in rebus, sed quicquid est bonum est.	
2. <i>Quo-</i>	2. <i>Quo-</i> Culpē & ira, quod est disformitas à lege & oppositum honestatis.	
tuplex	Idque rursus est vel originalē vel habituale vel actuale.	
Est n.	vel	
	vel	
	vel	
	Pœna & grave seu molestem, quod est supplicium propter malum	
	culpa inflictum, & opponitur jucundo.	

Q. 1. An ens dividatur in unum & multa? N. Unitati opponitur multitudo, sicut enti non ens, sed ens ipsum ita non dividitur, *ens enim & unum sunt una natura* 4. Met. 2.t.3. adeoque omne ens unum est. Nisi per mulum intelligi velis *compositum aut ens per accidens*, de quibus div. in seqq.

Q. 2. Quid enti addat unum? Et an indivisio, quo est ratio formalis, sit quid positivum, an negativum? Resp. distincte 1. Unum enti non addit entitatem realiter distinctam, quia alias illa entitas rursus haberet unitatem suam & sic iri posset in infinitum, ut nihil dicam, quod & in Deo talis addenda esset entitas, & entia multiplicarentur. 2. *Unitas enim superaddit conceptum indivisionis*, quo ens unum concipitur in se & essentia sua indivisum, quae indivisio unitatis est ratio formalis. Ratio a. formalis est conceptus objectivus quidditativus de re qua talis est. 3. *Concepsus ite indivisionis ratione vocis negativus est, ratione a. rei positivus.* Contradictorie enim oppositorum alterum est positivum, alterum negativum; sed divisio cui opponitur indivisio (vel non divisio) est quid negativum, est enim formalis carentia unitatis & conjunctionis, seu negatio atque remotio unius ab alio. Ei indivisio est quid positivum. Et quomodo, si esset negatio, positiva entis affectio ab ipsa entitate realiter indistincta, dici posset? Cum apud omnes certum sit, negationem ab ente realiter differre. Quapropter 4. Illud, quod indivisio dicit, est ipsa entitas; adequate & per ordinem ad divisionem, quam negat, concepta, quae si concipitur per modum non repugnantiae, entis nomen habet, si sub ratione indivisionis, unitatis vel unius.

Q. 3. An divisio ab alio sit de ratione formalis unitatis, aut ad minimum ejus proprium consequens? N. utrumque. Quod enim alicujus formale est, aut ejus proprium simpliciter & in 4. modo, illud cum eo reciprocatur; ast divisio ab alio non reciprocatur cum uno; siquidem 1. non omni uni convenit, non convenit v. g. formæ informanti, quæ non est divisa à materia. 2. non soli, quia convenit enti per accidens adeoque multo, reciprocatio itaque locum hic non habet. Male E. unum definitur, *ens divisum in se & divisum seu distinctum ab alio.* Sic enim multum definiendum esset divisum in se & indivisum seu indistinctum ab alio, quod absurdum.

Q. 4. An veritatis ratio formalis sit conformitas rei cum intellectu, sive divino sive humano? Resp. Veritatis ratio formalis consistit in convenientia essentia enti inesse debita, adeoque 1. non dicit accidentis reale, omni enim accidente remoto ens adhuc verum erit. 2. non est relatio rationis, siquidem enti convenit veritas ante mentis operationem. 3. non est formaliter negatio, quia ab ente reipsa non differt, atque ejus positiva affectio est. 4. Non est nulla extrinseca denominatio, affectio enim vel proprietas entis enti convenit intrinsecè & ei vere inest. Neque 5. consistit formaliter in illa intellectuali conformitate, ut tamen apud omnes ferè definiri solet, quia eadatur aliquid prius in vero, & ideo conforme quid est cum intellectu vel idea rei

rei in intellectu, quia ei convenit essentia rei inesse debita, causa itaque conformitas est illa convenientia & praecisā omni illa conformitate, res adhuc concipitur vera, quod veritatis rationi formalis repugnat, quae sola rem formaliter veram constituit, eaque nihil dari debet prius, rem per prius formaliter veram denominans. Ut nihil dicamus de rationibus aliis.

Q. 5. An bonitatis ratio formalis sit appetibilitas seu convenientia in ordine ad alterum? Appetibilitas & convenientia sunt bonitatis non formale & causa, sed effectus, id est enim est quid appetibile & alteri conveniens, quia bonum est, non contra.

Q. 6. An omne malum dicat formaliter privationem boni? A. 1. ex definitione mali 2. ab absurdo, si enim esset quid positivum, non esset malum sed bonum, quia O. ens positivum bonum est,

Q. 7. An mali detur efficiens, an tantum deficiens? Resp. O. causa mali est deficiens, non tamen non efficiens, quia nihil fit absque effectione. Malum ergo dum sit, per effectiōnēm vel actionem sit, adeoque per efficientem, si non per se, tamen per accidēns.

Q. 8. An detur summum malum? Resp. Aut Qu. est de ente cui summa malitia adhaeret, & res claret exemplo peccati in Sp. S. & aliorum ex praxi, de quo in Inst. Ethic. d. 2. q. 10. Aut Qu. de ente in se summe malo, sicut datur ens in se summe bonum, & quae independens, ex sensu Manichaeorum, & negatur, tunc, quia omne ens bonum, quia non nisi unum datur independens.

AXIOMATA & EFFATA.

1. Omne ens reale & per se est unum, verum, bonum.
2. Unum vera & propria, realis & adequata, realem & mutuam importat unitorum presentiam.
3. Unionem, veram, essentialē & suppositiālē, seu personālē, sequitur communicatio, sicut causam effectus.
4. Verum vero consonat, negative, i.e. non contrariatur. Adeoque unius rei una est veritas.
5. Quod in una disciplina est verum, in altera non potest esse falsum, eodem respectu.
6. Ab objecto, non subjecto, à rerum conformitate, non hominum autoritate, veritas dependet sermonis.
7. Antiquissimum, si cetera erunt paria, & necessariis requisitis hanc destituum, quodque verissimum est.
8. Omne bonum, sive verum sive apparenſ, est appetibile, sub ratione bonitatis. & V. V.
9. O. bonum est communicativum sui, & quo majus est bonum, eo magis est communicativum, ad intra & extra.
10. Bonum per se, præstantius est eo, quod est per accidēns aut propter aliud.
11. Summè bonum omnium bonorum causa est.
12. Nullum malum enīpē est à causa universalī, deficere nescia, sed particulari.

13. *Et foli eius in fratre Collegio galago fabr. dicitur
eius deffell. Ego, etiam d. loq: Non est videtur
quis dicat. Tad quis dicit.
Ineff. abd que gis it, nam non representat abducibile
personē.*

CURS. METAPH. DISP. III.

DE UNO PER SE & PER ACCIDENTEM: SIMPLECI & COMPOSITO; TOTO & PARTIBUS.

Ratione <i>materiae</i> sensu primo est vel	1. Ambiguitas. Per se aut per accidentem est quid i. <i>ratione predicationis</i> , ut in demonstratione secundus gradus necessitatis. 2. <i>ratione causalitatis</i> . 3. <i>ratione existentiae via subsystemia</i> , quando quid per se existit aut subsistit. 4. <i>ratione entitatis</i> , ut hoc in loco.	
	Per se ubi	2. Quidditas; Ens per se est, quod habet a. praeceps ea, quae ad <i>esse</i> tantam, integratatem aut complementum talis entis, in y suo genere per se & intrinsecè requiruntur, ut <i>homo, equus</i> .
Acciden-	3. Quid?	Resp. Quod constat ex aliquo, quod ad <i>essentiam</i> , integratatem aut complementum talis entis in suo genere per se & intrinsecè non requiritur, ut <i>homo doctus, cumulus lapidum &c.</i>
dens ubi	4. vel	2. Sine reali <i>unione</i> . Cum ordine, ut <i>res publica, exercitus, greci discipulorum &c.</i> Idq; Sine ordine, ut <i>cumulus lapidum, serues lignorum</i> .
Acciden-	Quo- tuplex?	vel Naturali & Physicā, ut inter subjectum & accidentem & unione, eaq; Artificiali, ut <i>poculum deauratum, paries albus, mensa rotunda &c.</i>
dens ubi	Bar. vel	2. Cum reali: duo accidentia, v. g. <i>homo doctus, & iustus missus</i> .
Com- posi- tum, di- visi- bile, ubi	vel	Artificiali, ut <i>poculum deauratum, paries albus, mensa rotunda &c.</i>
Qua sine unione & ordine sunt, maximè recedunt ab ente per se. Qua autem unionem habent naturalem & constant ex subjecto & accidente, proximè ad illud accidunt.		
4. Di- visio Est	1. Notatio. Dicitur compositum à componendo vel compositione, quæ hic non actus notat componendi seu unionem, sed terminum, qui est unio vel actus formalis, quo compositum est id quod est. Est autem <i>compositio</i> quasi simul posito plurimum, unum tertium constituentium.	
	2. Aequivocatio. Compositum est vel <i>cum hoc</i> , ut pars dicitur <i>composita</i> ; vel <i>ex his</i> , ut totum. Ex his consideratur vel absolute in se, & opponitur indi- visibili, seu simplici: Vel <i>respectiva</i> in ordine ad partes, & dicitur <i>totum</i> . De illo nunc, de hoc in seq.	(sibile, ut <i>homo ex corpore & anima</i>).
	3. Definitio. Compositum est ens, quod constat ex pluribus unitis, in quæ est divi-	
Realis ubi	1. Quid?	1. <i>Realis compositio</i> est, quæ fit ex extremis possi- tivis seu componentibus realibus, realiter distinctis, & simul distinctis, seu intrinsecè se se non includenti- bus. Dicitur <i>Physica</i> .
	2. Quo- tuplex:	1. <i>Compositio ex materia & forma</i> , quæ ex <i>essentiali</i> <i>Physica</i> , ut <i>homo constat ex corpore & anima</i> .
Est vel	3. Resp.	2. <i>Ex partibus integrantibus & quantitatibus</i> , ut <i>cor- pus hominis constat pedibus, brachiis, capite &c.</i>
	4. vel	3. <i>Gradibus diversis intensioris</i> , ut <i>calor perfectus & extremus</i> & <i>gradibus Addi solent</i> 4. <i>Ex subjecto & accidente & ex pluribus accidentibus</i> , ast hæc effi- ciunt non per se sed per accidentem, ut <i>suprà dictum</i> . Addunt alii 6. <i>Ex natura & supposito</i> , ast quando suppositi ratio formalis est duplex negatio in creatis, com- positio talis expirat. In divinis non est <i>realis</i> sed <i>rationis</i> .

		1. <i>Quid?</i> Resp. Rationis compositio fit ex terminis licet realibus, tamen ratione saltē distinctis. Dicitur <i>Metaphysica seu Logica.</i>
	Vel Rationis, ubi rursus	2. <i>Quoniamplex?</i> Est 2. <i>Ex existentia & essentia;</i> 3. <i>Ex genere & differentia;</i> 3. <i>Ex variis attributis & concepribus ratione distinctis:</i> Compositio ex actu & potentia pro diversa acceptione actus & potentiae, hunc realis, nunc rationis est.
Sim- plex: indi- vi- bile, ubi	1. <i>Quid?</i> Resp. Simplex ens est, quod careret compositione. Et simplicitas compositionis negatio. <i>In vīgō & quoad nos.</i> Vel, simplex est ens, quod per propriam essentie suā actualitatem omni partium compositione caret. Et simplicitas, talis entis actualitas, per quam partium compositione respuit, ut <i>DEUS, angelus &c.</i>	2. <i>Quoniamplex?</i> Est vel <i>Simplex</i> , quod omnino omnem compositionem respuit, ut Deus.
	2. <i>Quoniamplex?</i> Est vel <i>Secundum quid & in certo genere,</i> quod hoc vel illud compositionis realis genus excludit, sed non omnē, ut <i>angelus, & animalia</i> excludunt compositum: ex materia & forma.	
Huc pertinet de Totis & partibus, ut est. Quo- tuplex? Resp. Ex Ar- man- do vulgo 6.	1. <i>Quid?</i> Resp. Totum est, quod continent partes, ut sint unum. Et pars est, quae cum aliis totum constituit. <i>Omnē totū requirit partes proprie dictas & ad maximum diuis.</i> 2. <i>Partes unitas unionē reali sunt unum.</i>	1. <i>Quid?</i> Resp. Est totum, cuius partes, ut actus & potentia, intrinsecè constituent unam essentiam. 2. <i>Quoniamplex?</i> Est vel <i>Physicalm:</i> vel <i>Metaphysicalm,</i> cuius partes ratione differunt, ut species constat genere & differentia?
	1. <i>Essentiale,</i> ubi	1. <i>Quid?</i> Resp. Tot. integ. (<i>quantitativum & materiale</i>) quod constat partibus quantitatibus & materiali integrantibus, ut <i>homo</i> constans capite, collo, brachii, &c.
	2. <i>In- tegrale</i> ubi	2. <i>Quoniamplex?</i> Est vel <i>Similare,</i> cuius partes sunt eiusdem naturae & essentiae.
	6.	2. <i>Quoniamplex?</i> Est vel <i>Diffimilare,</i> cuius partes (quarum aliae principales, aliae minus principales) sunt naturae diverse, ut <i>oculum</i> constat humoribus, nervis, muscularis &c.
		3. <i>Oppositorum</i> , quod sc. ratione perfecti ei opponitur, dicitur multum, in quo ratione toties, requiritur, ut sit 1. <i>quarium</i> , adeoque in partes divisibile. 2. <i>diffimilare.</i> 3. <i>continuum,</i> 4. <i>manens secundum substantiam,</i> 5. <i>quod remanet,</i> sit maius parte ablata.
		Ratione autem partis ablatae requiritur, 1. ut ablata non sit pars principialis; 2. non interna, non 3. quæ possit renasci.
		g. Univer-

3. *Universale*, quod & continet β sub se vel actu vel y aptitudine partes subjectivas, ut genus continet species; species individua.

* Hoc non est propriè totum. Quia 1. partes in se non continent, 2. quia tale non est compositem ex partibus constitutum, sed potius est constituens, v. g. homo & bestia, que partes dicuntur subjectiva animalis, animal non constituant, nec Petrus, Paulus & alia individua constituant hominem.

4. *Numerale*, quod est numerus continens plura numerata, ut *duodenarius* continens XII. Apostolos.

* Neque hoc totum propriè totum est, non solum quia est ens per accidens, sed quia destruitur reali partium unione.

5. *Potestivum*, quod actu continet plures potentias realiter diversas, quale putatur anima continens potentiam volendi, intelligendi &c.

* Hoc totum nullum est. Vel 1. quia non habet partes, anima enim nostra indubitate visibilis est. Vel 2. quia si tales partes realiter different & essent accidentia, quod tamen utrumque falsum est, esset ens per accidens. Vel 3. quia ad aliud referuntur potest, vel ad *integrale*, partes realiter, vel ad *perfectionale*, si ratione differunt.

6. *Perfectionale*, quod habet summam perfectionem, ut *Deus*, vel saltem completam in suo genere, ut *angeli*, *punctum* &c.

* Neque hoc totum esse potest, quia destruitur partibus propriè dictis. Quod modis variat totum, tot modis & partes; Nam & partes sunt aliae *essentiales*, aliae *integrales* &c. ubi sc. partes adduci possunt.

Q. Q.

Q. 1. *An scientia agere possit de ente per accidens?* Resp. Potest 1. in actu signato, non ex exercito. 2. per digressionem & indirecte, non directe. 3. sub ratione unitatis & quatenus unio- nem habet, non sub ratione multitudinis & quatenus est multum seu ens per acci- dens.

Q. 2. *An divisio entis per se & per accidens, sit univoca?* N. contr. Er. d. Abr. pag. 11. Quia divisum, quod est ens; vel unum, uni simpliciter convenit & per se, alterius autem secundum quid & ratione conceptus nostri, qui ens per accidens, quod in se vere multum est, ad unitatem contrahit & ut unum ens concipit.

Q. 3. *An propria cum subjectis suis constituant ens per accidens?* De propriis realiter cum subjecto identificatis, nego. De realiter distinctis, quae vero sunt accidentia adeo que ex alio genere, concedo.

Q. 4. *An Christus sit unus per se, an vero per accidens?* A. prius, quia ad integrum Chri- stum, totam personam compositam, totum *φιστελον*, ultraque natura requiritur, sicut partes alias requiruntur ad totum, quarum una sepe habet ut perficiens, altera, ut perficienda.

Q. 5. *An habentia disciplinarum sunt enim per accidens? Scotistarum quidem opinio hoc habet, ast Thomam hic secundum esse putamus, ita ut sicut virtus moralis præcisè sumta non habet, nisi quæ ad essentialiam & integratatem pertinent, ita quoque virtus intellectualis, ex definitione entis per se; Adeoque utraque est propriè dicta qualitatis species.*

Q. 6. *An Christus possit dici compositus ex utraque naturæ? A. Quia in eo duæ naturæ sunt unitæ, ut incarnatus utraque constet. Non tamen 1. ut illa unio sit essentialis, aut 2. ante unionem & assumptionem carnis altera natura, divina sc. non fuerit persona, tanquam ad eum modum, quo de neutra parte essentiali alias ante unionem dici potest, quod sit persona. Vel 3. quasi tertium inferendum sit ab utraque natura distinctum. Agnoscit enim oportet unionem & compositionem mysticam & admirabiliter singularem.*

Q. 7. *An simplicitas formaliter consistat in negatione? N. Quoad nos quidem ita explicari solet & potest. Interim, quia est positiva & essentialis entis affectio, atque summus unitatis gradus, re ipsa positivum est, non negatio.*

Q. 8. *An totum à partibus simul sumis & unius realiter differat? N. Quia neutrum à parte rei aliquid includit, quod non includat alterum.*

AXIOMATA & EFFATA.

1. O. quod constat ex rebus (realiter) diversorum prædicamentorum, est ens per accidens. *Sed non contra.*
2. O. quod constat ex duobus entibus omnino & simpliciter completis, est ens per accidens. *Non contra.*
3. Simplicitas dicit perfectionem, & quò quid (in incorporeis substantiis) est simplicius, eò est perfectius.
4. Compositio realis imperfectionis vocabulum est; non virtus statis.
5. Simplicitatem evertit compositio, non distinctio.
6. Omne totum (propriè dictum) quantitate virtutis, est majus, quilibet sui parte. *Ettam totum integrale quoad quantitatem molis.*
7. Pars est prior, ratione generationis, suo toto. Totum autem prius, ratione intentionis
8. Nulla pars prædicatur de toto, propriè dicto, nec totum de parte.
9. Ubi totum est, propriè dictum, ibi omnes partes sunt, essentiales & integrales principales.
10. Quod ratione rei & predicatorum materialium, est totius, illud est partis, & V. V. si non simpliciter, tamen secundum eam partem.
11. Quod non est alicuius partis, id neque totius est, quoad materialia, & V. V. Quod nullo modo est totius &c.
12. Totum & partes sunt ejusdem prædicamenti. Illud si est propriè dictum, per se, haec reductive.

CURS. METAPH. DISP. IV. CAP. I.
DE SINGULARI ET UNIVERSALI.

Singu- lare, ubi	Ratione unitatis & multitudinis Ens est. vel Ratione unitatis Ens est. vel	I. Accep- tio.	Absolute & simpliciter pro individuo, ut quando hoc in loco oppo- Accipitur vel (mitur Universalis).
		vel	Respective & secundum quid, pro minus communi, sicut inductio est a singularibus, & opponitur magis communi.
Uni- versa- le, ubi	Ratione unitatis & multitudinis Ens est. vel Ratione unitatis Ens est. vel	II. Defini- tio.	Singulare est Ens, quod ratione & essentiae non est commune multis, vel, non divisibile in plura adaequatae talia, quale est ipsum, ut Deus, Petrus &c.
		* a	Narratione essentiae, licet seu commune ratione vocis, vel indivisibile ratione accidentium, temporis, loci &c. B Adaequatae, ut & partes totum plane adaequent, quod non sit, quando lapis communis, non enim partes ejus seorsim summa bipedales sunt, quando totum est bipedale.
Uni- versa- le, ubi	Ratione unitatis & multitudinis Ens est. vel Ratione unitatis Ens est. vel	I. Ac- ceptio	Ante rem seu ante multa, quod universale Platonicum, vel quandoque Metaphysicum dici consuevit.
		1.	In re, seu in multis, quod vocant universalis materiale, vel Physicum.
Uni- versa- le, ubi	Ratione unitatis & multitudinis Ens est. vel Ratione unitatis Ens est. vel	Est	Post rem seu post multa, quod formale vocant, seu Logicum & intentionale.
		2.	In Predicando, quod vel complexum, ut Enunciatio Universalis, vel incomplexum, ut praedicabile.
Uni- versa- le, ubi	Ratione unitatis & multitudinis Ens est. vel Ratione unitatis Ens est. vel	2.	In Causando, quod est causa universalis, ut Deus.
			In Significando vel representando, ut vox plura significans, v. g. homo, vel signum plura representans.
Uni- versa- le, ubi	Ratione unitatis & multitudinis Ens est. vel Ratione unitatis Ens est. vel	II.	Definitio. Universale est ens, quod ratione entitatis est divisibile in plura adaequatae talia, quale est ipsum, ut homo, angelus, sol, luna.
			CAP. II. DE EODEM ET DIVERSO.
Dii- ver- sum, ubi seqq.	Ratione unitatis & multitudinis Ens est. vel Ratione unitatis & multitudinis Ens est. vel	I. Quid?	1. Resp. Est ens a se aliove indistinctum. Et Identitas entis a se aliove indistinctio.
		Idem,	2. Onotus vel secundum rem, cum non re sed intellectu saltem nostro distin- plece? guuntur quaedam, ut Deus & justitia ejus.
Dii- ver- sum, ubi seqq.	Ratione unitatis & multitudinis Ens est. vel Ratione unitatis & multitudinis Ens est. vel	Resp.	vel secundum rationem, cum neque re neque conceptu distinguuntur, ut ens & gladius.
		Vel	1. Quid?
Dii- ver- sum, ubi seqq.	Ratione unitatis & multitudinis Ens est. vel Ratione unitatis & multitudinis Ens est. vel	1.	1. Resp. Est ens a se aliove distinctum, & diversitas entis a se aliove di- Realis late dicta.
		2.	Realis specia- Positiva, inter rem & rem, que rebus liter dictis, ut inter hominem & co- citra mentis operationem. Quæ major, ea- five realis lorem.
Dii- ver- sum, ubi seqq.	Ratione unitatis & multitudinis Ens est. vel Ratione unitatis & multitudinis Ens est. vel	2. Quotn- plex?	Convenit, ut vel.
		Resp. Di- veritas	homo & bru- tum distin- guuntur.
Dii- ver- sum, ubi seqq.	Ratione unitatis & multitudinis Ens est. vel Ratione unitatis & multitudinis Ens est. vel	quoque est vel	vel.
			vel.
Dii- ver- sum, ubi seqq.	Ratione unitatis & multitudinis Ens est. vel Ratione unitatis & multitudinis Ens est. vel		Vel.
			Negativa, inter ens & non ens, vel non ens & non ens, ut inter oculum & cecitatem, vel hanc & Cerberum.

Rationis, sive Ratiocinantis,
quaे nullum habet funda-
mentum in re, ut in-
ter Tullium & Cicero-
num, Felem & Catum
&c. sive Ratiocinate, quaे
habet fundamentum in
re, sc. diversitatem ope-
rationum, respectuum,
negotiorum &c. ut in-
ter hominem & animal.

3. Indicia distinctionis realis, ut sunt i. supposita diversa & quaे in iis naturaliter sunt, nisi illa diversa supposita sint unita. Diversa & non subordinata essentia, v. g. hu-
mana & bestia. 3. Separabilia vel de facto separata. 4. Causa & propriæ effectus. 5. In diversis adæquatis locis & temporibus separatis naturaliter existentia. Non su-
pernaturaliter.

4. Spuria sunt, ubi i. diversa predicamenta 2. Diversa operatio. 3. Diversa definitio.
4. Constituens & constitutum intrinsecè, 5. Indifferens & determinatum. 7. Corru-
ptibile & incorruptibile, materiale & immateriale &c.

4.
Variati-
verstatis
genera,
sunt enim

1. Simpliciter diversa, ut sunt
vel Deus & creatura.
vel Per additam differentiam,
vel quaे differunt

2. Sine pugna, ut Petrus & Pau-
lus, homo & animal.
Cum pugna, sive præcisè pu-
gnant, ut opposita strictè
dicta, vel relativè vel con-
trarie, vel privative, vel
contradictorie opposita.

De quibus in Log. post præd.

Sive præcisè non pugnant, ut disparata, vid. quoque in Log. Tab. VII.

3. Cum ordine, ordinata, ut sunt prius & posterius, simul, antecedens,
vel consequens & connexa.
Sine ordine, inordinata, ut duorustici.

4. Ratione quantitatis, ut sunt æqualia & inæqualia,
vel
Ratione qualitatis, ut sunt similia & dissimilia.

Modalis, sive realis minor, quæ est inter rem & a
ejus modum & specialiter dictum, ut inter accidentis
& inherentiam aetalem, vel inter duos modos y
unius rei, ut inter Petri sessionem & presentiam.
* a Ejus, non alterius rei, quæ distinctio esset realis spe-
cialiter. & Latè enim affectiones Entis sunt modi.
Strictè a. modus est tali determinatio, rem ita
afficiens & determinans, ut nec concipi, nec per
absolutam Dei potentiam esse possit, nisi actu eam
afficiat, ut dicitur, sessio Petri, y. Non diversa-
rum, quæ distinctio strictè realis esset.

Genera, sive generalissimo, ut quæ in
diversis prædicamentis sunt: sive
subalterno, ut homo & hæc bestia,
vel vel arbor.

Specie, quorum non est eadem diffe-
rentia specifica, quæ aliâs dicuntur
essentialiter differre; ut homo &
bestia, Petrus & Bucephalus.
vel

Número, ut individua ejusdem spe-
ciei.

Q. Q.

- Q. 1.** *An singulare sit prorsus incommunicabile?* D. *Est incommunicabile ratione quidditatis & ut quod, multis, ut inferioribus specie vel numero distinctis & ratione rei per terminum singularem significatae, multiplicandis. Licet ratione causalitatis & ut quo multis aliquando inesse non repugnet, sicut ita Pater essentiam communicat filio, & instrumentum commune est pluribus effectibus.*
- Q. 2.** *An Deus sit ens singulare?* A. *Quia ratione essentiae pluribus ita non convenit, ut plura in re significata existant, quod alias in universaliter requiritur, ut sit multiplicabile.*
- Q. 3.** *An Universale sit ante omnem mentis operationem in rerum natura?* D. *Sinatura Universalis consideratur absolute, in se, praecise & materialiter, pro re quae est apta inveniri & esse in multis, ut v. g. praecise natura humana; Aff. Si consideratur relativè, formaliter & in ordine ad multa, extra quam tamen collocatus quatenus sc. natura à parte rei in multis est divisa, beneficio autem rationis ita ab illis multis inferioribus est abstracta, ut tanquam una repræsentetur, de quibus multis, ad quæ simul referunt & habitudinem dicit, prædicabilis conceipitur; non est, per communem sententiam, ante mentis operationem in rerum natura, quia ante eam dicto modo concepta neque est una, neque æqualiter respicit inferiora, ut prædicabilis, siquidem ab illis nondum est liberata; sed ante mentis operationem per individuantes conditiones in illis verè divisa; Duo tamen illa quæ mens nostra tali naturæ eonfer, requirit Universale in sensu Aristotelico posteriori, vel ut est formaliter universale, sc. unitatem & communicabilitatem effendi in multis, quæ simul respicit & quidem æqualiter. Si itaque priori modo consideratur, Aff. Quæstio sine controversia. Si posteriori: negatur, ex dicta ratione, quia tale esse ei affangit; quale extra fictionem nullum obtinet, de quo alibi plura. Afferit tamen illud speciatim Monlorius, ut & Acutissimus Dn. Stablius in discurs. sup. Tab. Metaph. quem sequuntur alii discipuli plures, quanquam verè alio sensu. confer. Corn. Log. p. 79. Eustach. à S. P. Log. p. 29.*
- Q. 4.** *Per quam mentis operationem fiat universale, ut universale, i. e. ut sit unum apud in multis?* Resp. *Universale ut universale, potest cursus considerari, vel praecise intra suam universalitatem, vel simulcum relatione vel habitudine ad inferiora. Illo modo fit per actum intellectus præcisivum seu operationem abstractivam præcisivam simplicem, hœc a modo per operationem abstractivam non simplicem solum sed & comparativam, Vid. beat. Dn. Antecess. nostri Coll. Publ.*
- Q. 5.** *An detur distinctio media inter realem & rationis?* N. *Si realis intelligitur generaliter & latè dicta, nulla admittitur, sicut omne ens, quod positivum est, vel reale vel rationis est, Soncinas l. 7. q. 36. p. 380. Nam i. modis, quam Suarez tradit p. 124. sub illa reali continetur & contradistinguitur saltet reali majori*

2. *Formalis*, p. o quā *Becanus* pugnat, valdē ambigua est, ut in sua latitudine & incerta descriptione mox realis, mox rationis dici possit: 3. Quæ est *natura rei*, quam commendat *Fonseca*. p. 395. Et dicit eā distingui, quæcunq; distinguuntur præcisâ omni operatione intellectus, complectens sub se modalem, formalem & potentialem, quæ est partium integrantium, tursus sub reali comprehenditur 4. *Essentialis* nec non *includentis* & *inclusi*, pro diversitate exemplorum, nunc ad realem, nunc ad rationis pertinet, nisi *essentialis* in rigore accipiatur, ubi semper realis est. 5. *Virtualis*, latè dicta, rationis ratiocinatae distinctio est, strictè dicta seu *virtualis major*, quâ uni entitati indivisibili verè & realiter convenientia contraddictoria, etiam ad rationis pertinet. *Corn. Log.* p. 117. *Oriodop.* 761. *Met. Silv.* 262.

Q. 6. An, quæcunq; realiter different, possint separari? **Resp.** In divinis non procedere, manifestum est, *Baren. Met.* p. 407. In rebus creatis non procedit, si respicitur potentia naturalis, exemplo subjecti & naturalis proprietatis. Procedit, si supernaturalis & absoluta Dei potentia intercedit, ad minimum quando different strictè ut res & res, quia nulla potest ostendi repugnantia. *Exc. Dn. Ebelii de Separat. prop. arg. I. i. d. I. & Aphor.* p. 298. *Jac. Astart. Praelect.* p. 39.

Reg. & effata.

1. Omne quod exsistit, verè, immediatè, per se extra intellectum, singulare est.
2. Singularium, corruptibilem & in actu exercito nulla est scientia propriè dicta.
3. Quæ convenient vel identificantur in uno tertio, singulati & incomunicabili intrese convenient.
4. Quæ realiter eadem sunt, eorum uno communicato vel multiplicatio secundam rem, naturaliter & nisi specialis obstat repugnantia, communicatur, vel multiplicatur & alterum, communicatione vel mediata vel immediata.
5. A privatione, Logica & totali, naturaliter non datur immediatus regressus ad eundem numerο habitum.
6. Disparata substantialia naturaliter substantiæ, aut accidentalia essentialiter, non possunt simul predicari vel de eodem, vel de se invicem. Neque completa possunt eodem inesse simul.
7. Quæ eadem sunt, re & ratione, formaliter & materialiter, eandem habent definitionem.
8. Non est sibi equalis, eo respectu & sensu, quo identificatur.

CURS. METAPH. DISPUTATIO V.

DE INFINITO & FINITO: PERFECTO & IMPERF. COMPLETO & INCOMPLETO.

CAP. I DE INFINITO & FINITO.

Notatio, quæ est à finibus, infinitum enim est sine finibus aut terminis, quod finiri non potest. Finitum, quod finiri potest ab alio.

1. Nomen,

ubi oc-

currit

tum

Tum

A-

quivo-

cario.

Accipitur infinitum 1. pro eo, quod non admittit transitum & di-

visionem, ut punctum est infinitum, quia non potest accipere fines.

2. Pro eo, ad cuius finem difficulter pervenitur, sicut infiniti dicun-

tur labores, infinita maris profunditas.

3. Pro eo, cui semper potest fieri accessio, ut ad finem nunquam

perueniri possit, ut numerus dicitur infinitus.

* Quæ omnes acceptiones sunt secundum quantitatem dicta & hic alienæ.

4. Pro eo, quod dicitur infinitum (ita & finitum) secundum ef-

ficiiam. Quod sequitur deinde infinitum vel finitum virtute,

duratione, presentia, ut dicetur infra de Deo.

2. *Definitio*. Infinitum est ens, quod & simpliciter & & de se caret terminis vel finibus essentiae, ut *solis Deus est infinitus*. Finitum contra est ens, quod simpliciter & de se habet terminos essentiae, ut *angelus, homo, bestia &c.*

* dicitur & simpliciter, ita ut 1. neq; actu habeat terminos neq; habere aut admittere possit 2. neq; jaltem secundum quid vel à parte ante vel à parte post tantum sit infinitum, sed simpliciter, ut neq; à parte ante neq; à parte post, essentia & terminis determinatur. & de se & in sua natura, non sicut secundum conceptum nostrum.

3. *Divisio* vel 1. à parte ante & à parte post, quod neque principium neque finem habet, distinctio. In- aut habere potest, ut *huius loci*. Adeoque ab omni parte vel finitum est vel 2. ab altera parte tantum, sc. à parte post, quod quidem habet principium, sed non finem, ut *angelus*.

* Ita & finitum ab omni parte est, quod & principium & finem habet. Ab altera parte autem, quod dum habet principium, non habet finem, quod coincidit cum infinito ex altera parte.

4. *Aequi* 1. Aliud est *Ens à se*, quod esse suum habet sine alterius influxu causaliter, pollutio.

Qua ut *Deus*.

Sunt n. Aliud *Ens ab alio*, quod esse suum habet per alterius influxum causa-lem, ut *creatura quaeruntur*. (creationem, ut *Deus*).

materia- 2. Qua Aliud *in creatum*, quod neque habet esse, neque habere potest per Aliud est *creatum*, quod per creationem esse habet, aut habere po-

lentes 3. Qua Aliud *ens per essentiam*, quod ita est, ut vi essentiae suæ non habeat Aliud per participationem, quod neque habet, neque habere potest, ni-

seqq. Di- 4. Qua Aliud *independens*, quod non habet esse ab alio per dependentiam Aliud dependens, quod per dependentiam effectivam aut influxum

vil. 5. Qua causalem habet ab alio. (esse).

Aliud *pure necessarium*, quod ita esse habet, ut neque potuerit non Aliud *contingens*, quod ita esse habet, ut possit vel potuerit non esse.

Inter immediatas entis disjunctas affectiones vel divisiones, prima est *potes*, quæ ens aliud est infinitum, aliud finitum, ubi

6. *Quia* Aliud *incircumscriptum*, quod nullis essentiæ terminis circumscribitur vel definitur.
7. *Quia* Aliud *circumscriptum*, quod habet certos essentiæ terminos vel limites, quibus circumscribitur.
7. *Quia* Aliud *illocale*: quod nullos præsentia terminos in ordine ad certum ubi vel locum, admittit.
- Aliud *locale*, quod præsentia terminos vel limites admittit, ut *creatura quacunque*.
8. *Quia* Aliud *pure actuale*, quod non potest esse in potentia vel objectiva vel passiva, *ut solus Deus*.
- Aliud *potentiale*, cui non repugnat esse in potentia tum objectiva tum passiva, *ut angelus*.
9. *Quia* Aliud est *incorruptibile*, quod non potest mutari ab esse ad non esse.
- Aliud *corruptibile*, quod potest mutari ab esse ad non esse.

CAP. II. DE PERFECTO & IMPERFECTO.

1. *Nomen.* Perfectum hic non est idem, ac ab alio perfectum, sicut participium potest exponi.
2. Non est idem ac *consummatum* seu ad finem perductum, ut opponitur *inchoato*.
3. Non est idem ac perfectionem essentiæ seu transcedentiam habens, *ut in bono*.
4. Sed generaliter pro eo, quod habet perfectionem sibi debitam, ut seq.
- Quid?* Resp. Perfectum est ens, cui nihil eorum deest, quæ ei debentur, ut *videns*, *audiens* &c.

Imperfectum est ens, cui aliquid eorum deest, quæ ei debentur, ut *homo cæcus*, *surdus* &c.

Secunda, quæ ens est vel perfectum vel imperfectum, ubi

1. *Quatuorplex?*
1. *Est.* *Simpliciter tale*, sive in *summo gradu*, quod nullam omnino habet ad mixtam imperfectionem, *ut solus Deus*; sive in *certo genere*, quod habet perfectionem naturæ suæ, *ut angelus, homo &c.*
2. *Quatuorplex?* *Secundum quid & comparare*, quod perfectum est, collatum cum alio, *ut angelus cum homine, homo cum bestia*.
2. *Naturale*, *Interna*, *s Quantitate*, quod debitam quantitatem habet, *vel Qualitate*, cui nulla deest naturalis virtus agendi.
2. *Naturale*, *Vel*, *Externa*, quæ ratione finis dicitur, quod finem suam potest consequi coque frui.
3. *Morale*, cui nihil deest ad virtutem, *ut homo justus, fortis*. *Imperfectum morale contra*, cui tale quid deest.
4. *Artificiale*, cui nihil deest, quod artis requirit conditio.

CAP. III. DE COMPLETO & INCOMPLETO.

- Xerfa, quā ens est vel compl. vel incompl. ubi*
1. *Nomen. Completum hic non accipitur participialiter, quod à completo quodam effectivè est completum. Sed nominaliter.*
2. *Quid? Completum est, quod habet essentiam in se terminatam, non v. ad alterius intrinsecum complementum suā naturā ordinatam, ut angelus, homo, equus, lapis, cælum & omne totum. Incompletum, quod non habet essentiam in se terminatam, sed ad alterius constitutionem suā naturā ordinatam, ut materia & forma & quæcumque pars.*
3. *Physicum, quod à parte rei & ante mentis nostræ operationem habet essentiam in se terminatam, vel ad alterius constitutionem ordinatam, ut pars integralis vel essentialis est incompletum. Physicum, totum esse entiale vel integrale completum Physicum.*
- Quoniam?*
- Resp. Est*
- vel Metaphysicum, quod tale est quoad nostrum tantum conceptum, ut genus v. g. animal, quatenus est pars speciei & differentia specifica, incompleta sunt; genus, quatenus ea, quæ in specie sunt, simul complectitur, completum Metaphysicum est.*

Q. Q.

- Q. 1. *An divisionis infinitum & infinitum sit adequta & immediata? A. Si intelligatur de ente, non prout substat cuique præcisionis statutus, sed prout est à parte rei in rerum natura. Quia membra dividentia opponuntur per terminos contradictorios, ad quos referri possunt, sc. per habere terminos essentiae & non habere. Ita & relationes divinæ, prout à parte rei considerantur; ad hanc divisionem, sicut nec aliæ divisiones entis adi quæcumque præcisionis statutus sunt trahendæ, non pertinent.*
- Q. 2. *Qualis sit hec divisio in fin. & inf. Resp. 1. Non est equivoca, quia divisum utrique membro dividenti non tantum secundum nomen sed & secundum rem ipsam seu definitionem convenit. Sed 2. Est univoca, si univocum latè accipitur, prout opponitur tantum æquivoco, ut in anteprädicamentis ex ratione modo dicta. Non a. 3. est univoca strictè dicta, quia definitio entis non ex a quo utrique membro convenit, sed inæqualiter per prius & posterius, sc. finito per dependentiam ab infinito. Quæ autem divisio ita sese habet, non est univoca strictè accepta, sed analogia.*
- Q. 3. *An plura possint esse infinita? N. Quod enim est essentia infinitum, est etiam infinitum potentia, sed non potest dari potentia infinitum aliud, quam unum quod existit, si enim aliud esset, illud aut omnia, adeoque & hoc, quod existit, sibi subjicere & destruere posset, si hoc, non esset infinitum. Si illud, hoc quod existit infinitum non esset amplius infinitum, quod utrumque est absurdum.*
- Q. 4. *An Deus possit dici ens à se positive? N. Est à se negative, quatenus non est ab alio. Non positive, alias esset sui causa per causalem influxunt, quod omnino absurdum.*
- Q. 5. *An Filius Dei possit dici dependentis à Patre? N. Quod enim dependentia effectiva, de qua sermo est, ab alio dependet, non Deus est, sed creatura.*

- Q. 6.** *An quod naturā est circumscriptum, possit actu fieri incircumscripsum?* A. 1. *propter defectum repugnancie.* Potest 1. manere essentialis aptitudo & habitudo, qua circumscribi quid potest terminis suis, licet actu aliter contingat; Sicut multa rebus contingere possunt per accidens & ab extrinseco, que ipsis naturā suā non convenienti, ut ferro convenit natatio in aquis. 2. *Ab exemplorum evidentiā.* Testatur Scriptura, corpus Christi esse, ubicunque administratur S. Cæna, immo esse omnino liberatum à locali continentia & actuali terminorum limitatione, ut omnipræfens sit & ubique, quod ei non à natura sua, secundum quam circumscribi est aptum, convenit, sed quia in personam & ἀόγα immensam & incircumscripτam est assumptum, ut ibi sit, ubi ἀόγος est. Item, camelum ingens animal per foramen transire acūs, quod fieri non posset, nisi careret actuali quantitativa circumscriptione.
- Q. 7.** *An mutilem differat ab imperfecto?* A. 1. *respectu oppositi.* Illud opponitur toti integrali, hoc perfecto. 2. *respectu subjecti;* imperfectum latius est, quam mutilem. Mutilem enim solum in quanto habet locum & materiali. Sed imperfectum etiam in spirituali.
- Q. 8.** *An ἀόγος sit ens incompletum, quia ordinatus ad compleendum?* A. Non. Non enim est ordinatus sua natura. Non ut pars.
- Q. 9.** *An accidentia sunt entia completa?* A. Sunt enim directe in prædicamentis. Sunt genera, species & individua.
- Q. 10.** *An genera sunt entia completa?* A. Quia & hæc sunt perse in prædicamentis, quod autem tale est, ens completum est.

AXIOMATA ET EFFATA.

1. *Finitum non est activè & acquirendo vel capacitate Physicā & comprehensionis capax infiniti, est autem passivè, recipienda, & capacitate receptionis supernaturali.*
2. *Finitum ad infinitum, & contrā, nulla est proportio propriè dicta & Mathematicæ commensurationis. Est a. analogica, que est habitudo unius ad aliud vel ratione communis conceptus, & tributorum & effectuum, vel ratione causalitatis aliae.*
3. *Infinitum nec fieri, nec angeri, nec finiri potest. Caret enim omni termino.*
4. *Includens, quod præter inclusum actu continet perfectionem aliam, quovis inclusu est perfectius*
5. *Natura semper intendit perfectissimum & declinat noxiūm.*
6. *Incompletum est nomen imperfectionis. Non quidem absolute, sed comparatè.*
7. *Incompletum in subsistendo, quoad subsistentiam specialem, ultimam & incommunicabilem, potest esse completum in effundo, ut contingit in carne Christi.*

CURS. METAPH. DISSERTATIO VI.

DE POTENTIA ET ACTU.

- I. *Acceptio*. Potentia hic non est praedicamentalis; Neque idem est alicentia seu ius; Sed sumitur *transcenderenter & latius*.
 Atque *actus* vel *respective* consideratur, prout habitudinem dicit ad potentiam quam actuat, unde *actus* ad aliud dicitur; vel *absolute*, quatenus potentiam negat, vel ab ea praescindit & abstrahit, adeo ut & ipsi DEO hoc nomen tribui possit, ut sequetur.
- II. *Definitio*. Potentia est id, quod per aliquid actuatur, *ut materia est potentia forme, quia per formam actuatur*. Vel, est ratio & conditio entis, secundum quam ens potest actuari aut actum habere.
Aclns autem est, quod aliquid actuat. *Sens*, est ratio & conditio entis, quā potest aliquid actuare & potentiam in actum deducere, *ut forma actus est materia, faciens ut materia habeat actum*.
- III. *Divisions*
 I. *Objectiva*, quae est aptitudo vel non repugnantia rei non existentis ad hoc ut exilit, in angelus ante creationem erat in potentia objectiva.
 II. *Activa*, quae est principium aliquid agendi;
 Quæque rursus vel
- Lib-
erative
Ratio-
nalis,
ubi
3. *Acceptio*. Libertas hic non accipitur ut opponitur servitati, ut ap. JCtus alia persona est libera, alia serva. Nequez ut opponitur coactioni. Sed ut opponitur necessitatī & dicit iadifferentiam.
2. *Definitio*. Libera seu rationalis potentia est, quæ indifferens est ad utrumque oppositorum i.e. potest positis omnibus ad agendum requisitis, agere & non agere, agere hoc vel illud, adeoque plerè diversa aut contraria.
- Rationalis per essentiam, ut est voluntas in homine.
3. *Divisio*.
 1. *vel*
 Est vel *Per participationem*, ut appetitus sensitivus sequens voluntatem.
Naturalis seu irrationalis, quæ tantum unius est oppositorum, adeoque positis omnibus ad agendum requisitis neque potest non agere, neque agere diversa.
Ordinata, quæ agit respiciendo certum ordinem aut institutum, ut iudex puniens secundum legem.
2. *vel*
Absoluta, quæ agit vel agere potest, non habitâ ratione ordinis aut instituti, *ut iudex furem dimittens*.
- Ens IV. est actu vel potentia, utrumq; consideratur vel in *Abstracto* vel *Concreto*. In abstracto occurunt *actus & potentia*.

- Aue Naturalis, quæ actum recipit secundum naturalem pro-
Passiva, quæ est pensionem, ut potentia ferri motum deorsum.
 principium pati-
 endi vel recipi- Vel
Violenta, quæ actum recipit contra naturæ inclinatio-
 endi aliquid, ut nem, ut potentia ferri motum sursum.
 potentia materia Vel
 recipienda formæ. Neutra, quæ indifferenter sese habens, nec contra nec
secundum inclinationem recipit actum, ut potentia
intelligendi in ordine ad hoc vel illud cognoscendum.
Viraque Est hæc vel
Tum act. Naturalis, quæ viribus naturæ cum generali Dei concursu tra-
duci potest ad actum, ut è nucleo naturaliter fit arbor. vel
 1. Obedientialis, quæ res per specialem Dei concursum potest habe-
re actum supernaturalem, ut homo claram Dei visionem.
Tum passiva Propinqua, cui immediate, non interveniente actu alio, con-
est venit actus, ut lignum asciatum & preparatum est in potentia
proxima, ut ex eo fiat dominus. - vel
 2. Remota, cui immediate non convenit actus sed interveniente actu
alio, ut lignum rude, ut ex eo fiat mensa.
Universalis Vel
 3. quæ æquè plures diversos actus respicit, sive effi-
ciendo sive recipiendo. Ut potentia Dei plures creaturarum
effectus, itemque potentia materie prima in ordine ad diversas re-
cipiendas formas.
Particularis, quæ ad unum actum determinata est, ut potentia loci
motiva ad motum localem.
Purus, qui excludit omnem potentiam passivam, ut DEUS, qui nullum ac-
 tum recipere potest, adeoque neque pati potest, neque est in potentia
 objectiva. Vel
 1. Nonpurus, qui non est alienus ab omni passione, sed aliquid potentiae pas-
sivæ admixtum habet, ut angelus, homo, &c.
Divisio- Primus, qui est ipsa forma, sive substantialis sive accidentalis, à qua est ope-
nies actus. ratio, ut voluntas, potentia videndi sensus, calor &c.
 Est n. Naturalis, qui potest attingi à principio
creato; ut calefactio.
 Vel Vel
 2. Secundus, qui est formæ opera-
tio sive activa sive passiva, ut
volitus, visus, calefactio.
Eisque Supernaturalis, qui non potest attingi
à principio creato, sive secundum en-
titatem & substantiam, ut unio hypo-
statica. Sive secundum modum, ut
restitutio visus in caco.

Signatus

actus primus est potentia
 tans secundus est ipse actus vel operis, vel applicatio illius potentiae

Signatus, est natura & essentia alicujus rei, vel conceptus quidditativus aut ratio formalis in se, ut *definitionis substantia*.
Exercitus, est res naturae, vel rationi formalis alicujus rei substrata, cui talis conceptus, & quod ad eum pertinet, applicatur, ut *homo est substantia in actu exercito*.

Essentia vel quidditatis, qui est ipsa essentia, prout in definitione explicatur vel

1. *Existentia*, quo quid extra causas dicitur. Et nihil aliud est, quam ipsa existentia seu *actus existentia*. Et cum existentia alia sit substantialis, etiam actus existentiae vel est proprius accidentium, qui solet vocari *inexistentia*. Vel proprius *substantiarum*, qui *subsistentia* vocatur. De quo *sub existentia & substantia suo loco*.

Formalis, qui potentiae subjectivae & receptivae, quam perficit, respondet, in forma informans, sive substantialis sive accidentalis ejusque operatio seu *actus secundus*, ut *anima, calor, calefactio &c.*

2. vel
Emititurus, secundum quem res dicitur extra causas, opponitur potentiae objectivae & nihil aliud est, quam ipsa existentia. De qua *Disp. seq.*

In **CONCRETO** tantum explicandum est, quid sit *Ens actu vel potentia*.

Ens actu est, quod habet esse extra causas, vel, quod actu in rerum natura existit, ut non lateat in potentia objectiva, ut *Deus, angelus existens*.

Ens potentia est, quod est in potentia objectiva, vel, quod adhuc latet in causis, a quibus esse accipere potest.

Q. 2. An potentia objectiva sit realis, atq; ab activa & passiva realiter distincta?

Q. 1. *An potentia objectiva sit realis, atq; ab activa & passiva realiter distincta?* A. Utrumque : *Realis est*, quia rebus ipsis convenit nemine cogitante. Est enim potentia objectiva nihil aliud, quam aptitudo quedam ad existendum, quâ rei possibili non repugnat existere; quæ aptitudo rebus possibilibus non à mente nostra confertur, quasi ideo illa dicatur rei alicui convenire, quia ita à mente nostra concipiatur, sed nemine concipiente, de se & ratione essentiae suæ potest esse apta ut existat, quandoconque reliqua, quæ ad existentiam requiruntur, ponuntur. *Realiter quoq; ab utraq; potentia, activa & passiva, distinguuntur*, ad minimum negative, quandoquidem hæc utraque exilit in rerum natura, illam existentiam negat & dicit rem nondum esse. Quæ vero distinguuntur secundum esse & non esse, realiter distinguuntur.

Q. 2. *An Potentia, quâres nata est obediens artifici, etiam possit dici obedientialis?* N. Potentia enim obedientialis dicitur solum respectu concursus vel actus divini specialis, quando res apta est, vel ei non repugnat, habere vel recipere actum supernaturalem per specialem DEI concursum, ast quando quid aptum est obediens dire

directi artifici, sicut lignum per actum factibile est statua aut mensa, non traducitur in actum per specialem sed generalem Dei concursum, indeq; talis potentia rectius sub naturali, quam obedientiali comprehenditur.

Q. 3. *An divisio entis in actu & potentia, solus entis creari fit?* N. Quia in creatum sub altero membro recte continetur.

Q. 4. *An ens potentia sit verum & reale ens, adeoq; divisio in actu & potentia non nominalis sed realis?* A. Non quidem in acceptione entis latissima, neq; in stricta vel strictissima, de quibus *Diff.* 3. Sed late, quam ens accipitur nominaliter. Si participialiter accipiendum foret, res carent controversia. *Resp.* 1. ens potentia non est purum nihilum, quia est possibile, purum nihilum autem quod ap. *Vazquez* & alios in & ex *Thom.* non ens, essentialiter dicitur; nihil aliud est, quam in quo in involvit repugnantiam, vid. ipse *T. 2. in Thom.* pag. 355. omnino nihil aut impossibile, impossibile autem est improductibile. Neque est nihil positionis, quia aptum est aliquid ponere. 2. Non est figuratum aut ens rationis, quia vere & de se aliquid est in potentia objectiva prater omnem mentis operationem, ut q. 1. dictum. Relinquitur E. 3. verum & reale ens esse, quod in se & intrinsecè suam realitatem habet. Cui vero enti 1. convenient definitio entis nominaliter accepti. 2. Affectiones entis reales, unum, verum, bonum, 3. directe collocatur in praedicamentis, & 4. fit objectum realis potentiae, sc. divinæ & ejusdem præscientiae, nec non realis disciplinae, quod autem tale est, ens reale negari non potest. *Diff. special. de ente in potentia.* *Colleg. nostri Philo-Theosophiæ.*

AXIOMATA & EFFATA.

1. *Ens actuale prestantius & nobilior est potentiali, in actu & perfectionem traducendo.*
2. *A posse (potentia) ad esse, in affirmativis non valet consequentia. Valet a. ab esse ad posse.*
3. *Potentia, quæ in tota specie ad nullum omnino actuū deducitur, cum deduci debet & potest, frustranea est.*
4. *Cuilibet potentiae respondet unus actus,* Activa actio, passiva receptio.*
5. *Potentia activa creatæ respondet passiva, in quam agat. Et passiva respondet activa, sive creata, sive increata.*
6. *Actus entitativus & potentia objectiva sunt in eodem predicamento.*
7. *Potentia naturalis agit pro ultimo posse. Tantum quantum potest.*
8. *Potentia naturalis non potest non agere, aut suspendere actionem.*
9. *Potentia non excedit naturaliter suum objectum adæquatum. Nec objectum suum potentiam.*
10. *Qui potest magis, potest etiam minus, in subordinatis.*
11. *Unus entis actualis unus est actus primus, compleatus & ejusdem generis.*

Res ultimata est, quam non sive alio est, non numerum
 numerum uniuscunq; dicitur, ut res ultima.
 Res non ultimata, unde sive non sive ultima.
 Res ultima est definitio cibentis.
 Res exente, quae reversa cibis.

127 750

CURSUS METAPH. DISP. VII.

DE EXISTENTIA, DURAT. & ALICUBIETATE.

CAP. I. DE EXISTENTIA.

- I. Quid? Resp. a Existentia est actus, secundum quem res y est extra δ causas.
 1. Creada & dependens. Substantialis, totalis & completa.
- II. Quo-
duplex?
resp. i. ra-
tione
subjecti,
est
2. Ratio-
ne modi,
Vel
- Increata & independens. Accidentalis, sive absoluta sive respectiva, par-
tialis & incompleta &c. sicut ipsum ens, quod existit, variari & tot
modis dividi potest.
- Non ultimata, quae est existentia totius compositi. Quibusdam dicitur ulti-
mum rei complementum vel subsistentia personalis. vel
Non ultimata, quae est existentia partium. Vel alii, existentia naturæ
personali contradistincta.
- Signata, quae est conceptus existentiae quidditativus in se, tanquam indiffe-
rentia ad exerceri & non exerceri, rem extra causas vel actu constitutus
vel constituere saltem potens. Dicitur etiam existentia aptitudinis,
possibilis & prima. vel
- Exercita, quae rem de facto in mundo extra causas ponit. Dicitur actua-
lis & secunda, quae, dum simpliciter de existentia sermo est, potis-
sum intelligitur.

CAP. II.
DE DURATIONE.

- I. Quid? Resp. Usu Philosophico hodierno, Duratio est permanentia vel perseve-
rantia rei positiva in existendo.
- * Dico, Usu Phil. Quia vulgo & secundum primam res impositionem, durare est
cum mora & temporis tractu persistere, ut in instanti aut primo momento res non dicatur
durare, quae tamen dicitur in acceptione presenti. Ubiorum ens actu in rerum natura
existens quandcumque concipiatur ut permanens, in existendo non defens aut deficiens,
etiam in primo statim momentu dicatur durare, sicut vocatur existere, quando concipiatur
extra causas.
- In Duratione II. quoque notantur.
- Increata, quae est duratio prolus indefectibilis & interminabilis, i. e. sine
termino. Quae dicitur aeternitas, omnem variationem, mutationem
aut successionem excludens, & sola DEO convenit.
- II. Quo-
duplex?
resp. vel
Creatu-
ra, quae est vel vel
- Aevum, duratio ex se habens iniatum, sed carens fine, ut est
duratio angelorum in se spectata & qualis essentia angelorum
debetur.
- Tempus, duratio undique terminabilis, i. e. ex se ini-
tium & finem habens, qualis est duratio corporis.

CAP. III. DE ALICUBIETATE.

I. <i>Acceptio</i> , <i>Accipitus</i>	1. <i>Stricte vel pro loco determinato, partiali & particulari, vel pro loco Physico</i> , sicut DEUS ab Augustino & aliis negatur esse alii cubi.
	2. <i>Late & generaliter pro omni & quocunque adessendi modo</i> cuius- cunque rei praesentis. Ut hoc loco.
II. <i>Descriptio</i> .	<i>Alicubetas velesse alicubi est praesentia rei in spatio. Vel modus secun-</i> <i>dum quem res dicitur esse alicubi praesens.</i>
	* <i>Præsentia intelligitur realis, non imaginaria aut ficta. Et spatium indifferenter sumum</i> <i>sive repletum sit, sive non repletum corpore aliо. Modus late dictus, sicut de existentia</i> <i>dictum.</i>
	<i>Increatus, seu repletus, interminabilis, secundum quem res immutabili-</i> <i>ter præsens est in omnibus spatiis, ita ut non possit præsentiam</i> <i>suam defugare ulli spatio. Quia præsentia repletiva soli Deo con-</i> <i>venit.</i>
III. <i>Divisio</i> , <i>Modus ad-</i> <i>essendi</i> <i>vel</i>	<i>To replere vel repletivum non accipitur propriè & physice, quasi Deus</i> <i>omnia loca repleat, sicut vinum replet cantharum, sed impropriè, Meta-</i> <i>phorice & spiritualiter. Dicitur, immutabiliter, si enim creatura</i> <i>est ubique, tamen ita in omni ubi esset, ut possit non esse, sive muta-</i> <i>biliter. Dicitur in omnibus spatiis, sc. & realibus & imaginariis. Dei</i> <i>enim præsentia non potest restringi & tantum ad realia terminari.</i>
<i>Creatus,</i> <i>qui vel</i>	<i>Definitivus, præsentia rei in spatio determinato impartibilis,</i> <i>i. e. ubi aliquid præsentiam habet non extensam per</i> <i>spatiis partes, sed ubique totam & indivisibilem, ut sit</i> <i>ratione essentiae sua totum in toto & totum in qualibet</i> <i>parte spatiis, ut angelus & anima rationalis presentes</i> <i>sunt.</i>
	<i>Circumscripтивus, præsentia rei in spatio determinato partibi-</i> <i>lis, i. e. ubi ita quid præsens est, ut ex se & sua natura</i> <i>possit ab aliquo ambiente contineri, qualis est præsen-</i> <i>ter corporis.</i>

Q. Q.

- Q. I. *An datur possibilia seu signata existentia?* A. *Quia quod potest existere ante actualem*
existentiam possibilem habet seu aptitudinem. Neque necesse est exercitium tra-
here ad rationem formalem existentiaz ut sic. Si datur operatio & inherentia possi-
bilia, cur non existentia conf. Mendoz. diss. VIII. Met. §. 20. 21. Slevogt. p. 143.

Q. 2. An existentia ut sic, si accidentis? N. contra Avicennam. Quia utrique & substantia & accidenti est communis.

Q. 3. An omne, quod existit, habeat propriam existentiam? A. D. Quodcumque immediate & per se existit in rerum natura, ut habeat propriam suam actualem essentiam ab aliis distinctam, id etiam habet propriam existentiam, utpote 1. Substantie. 2. Accidentia. 3. Totum. 4. Partes proprie dicta. 5. Modis, v. g. inherencia actualis. 6. Singularia. Etiam ipsa natura humana in Christo, quae sicut propriam & distinctam habet actualem essentiam, quae creata & finita est, ita quoque propriam habet existentiam, licet non propriam subsistentiam aut personalitatem. Universalia autem cum prout in singularibus existunt, neque ab illis distinctam habeant actualem essentiam, distinctam quoque existentiam non obtinent.

Q. 4. An existentia ab essentia actuali eiusdem enim creari actu existenti realiter differat? N. Quia nullum indicium realis distinctionis adduci potest, sed omnino à parte rei existentia nihil aliud est, quam actualis vel extra causas posita essentia.

Q. 5. An existentia possit ab essentia actuali separari? N. Quia idem à seipso separari non potest.

Q. 6. An ratio formalis durationis sit coexistentia ad aliud? vel etiam mensura? N. utramq;. Evidem durationes sollemus describere in ordine ad motum cœli; adeoq; per coexistentiam illius quasi duratio nostra sit applicatio motus cœlestis ad nos, v. g. dicitur quid durans annum, i. e. coextensus annua cœli revolutioni. Aff. cum duratio Metaph. sit interna & positiva entis actualis affectio, ei vere conveniens, omni alio extrinseco remoto, ratio formalis eius in tali extrinseca denominatione consistere nequit. Neg. mensura est, alias vel mensurare aliud, vel ipsa mensurabilis esset si passim explicaretur. Non illud, quia omni alio remoto, ens aliquod existens tenet suam durationem. Non hoc, quia alias & Deus esset mensurabilis, quod absurdum.

Q. 7. An duratio realiter differat ab existentia? N. 1. Nullum certum vestigium extat realis distinctionis. 2. Quia alias & in Deo different realiter, & per consequens Deus ex illis realiter componeretur, quod imperfectionem in Deo inferret.

Q. 8. An aeternitas admittat præteritum & futurum adeoq; veram successionem, variationem & mutationem? N. contra Socinianos. Sicut enim ipsa DEI essentia non admittit vel prius vel posterius, vel præteritum vel futurum &c. ita nec aeternitas, qua a parte rei ab essentia DEI non differt. Calov. Tom. 2. L. L. p. 426.

Q. 9. An ratio formalis alicubi tatis consistat in denominatione extrinseca? In operatione? In similitudine? N. Non enim in in denominatione extrinseca, quasi id, quod dicitur esse alicubi, sit circumspectum aut circumdatum ab alio, cui sit praesens, quia omnis alio extrinseco remoto adhuc ens aliquod alicubi.

en operatione vel actione transuante, quæ vel plane potest abesse & variari, non variata aut ablatâ alicubietate, vel si adest, tamen non denominatur alicubi, sicut id quod operatur, ei operatio in quo vel actio transiens recipitur, non statim dicitur ad esse præsens, ut exemplo solis calefacientis constat. 3. Non in spatio, siquidem aliud est ipsum spatium vel capacitas aliquid recipiendi, aliad est modus adessendi in spacio.

Q. 10. *An DEI presentia sece extendet ad spatio imaginaria? A. Contra Socinianos, Remonstrantes, Scholasticos quosdam & alios. 1. Quia DEI presentia est immensa, immutabilis & interminabilis, quæ non patitur se ad spatio tantum mundana terminari. 2. Quia extra mundum in ipsis spatiis imaginariis vere & præsentissime aliquid operari potest, E. vel ante operationem istam vel ibi sit, & sic habetur intentum. Vel deinde operaturus se illuc confert, & sic ejus præsentia mutabilis, quod absurdum & impium,*

Q. 11. *Ad quem modum adessendi referenda sit præsentia Corporis Christi in S. Cœna? Resp. Cum modus ille adessendi abstrusior sit, quam ut dignè concipi aut explicari possit, maxime variant Dd. & omnes mysticum confitentur. Confitentur quoque 1. non esse repletivum, qui soli essentialiter D. E. O. convenit. 2. Non esse proprium definitivum, qui soli spiritibus essentialiter convenit. Morisamus. Diff. V. Phys. q. 4. dicit, neque definitivè neque repletivè, neque circumscriptivè Christum adesse in cœna, sed specialiter, supernaturaliter & sacramentaliter. Quod quidem non improbamus, existimamus tamen præsentiam Christi in S. C. ex se & suâ natura spectatam posse dici circumscriptivam, quia omne verum corpus talis essentialiter postulat. Esse autem actu illam definitivæ similem, quia nihilominus indivisibiliter & imparabiliter adest, ut actu partem non habeat extra partem in ordine ad situm vel locum extensam.*

REGULÆ ET EFFATÆ.

1. *Quicquid per se & immediate est in rerum natura, propriâ existentiâ existit.*
2. *Quicquid existit, durat, duratione vel creata vel increata.*
3. *Eternum prater DEUM nihil est, æternitate propriè sumtum & ab intrinseco.*
4. *Quicquid eternum est, ab aeterno est. Sed non statim æternitatem ab intrinseco & essentialiter habet, quod ab aeterno dicitur. Eternum enim ab intrinseco, & esse ab aeterno, non ponunt se mutuò, sicut esse ab aeterno & eternum ab extrinseco.*
5. *In aeternitate nihil prius, nihil posterius.*
6. *Præsentia realis excludit distantiam & propinquitatem ponit localem, late dictam.*
7. *Quod est immensum, necessario est ubique. Sed non contra, quod est ubique; necessario est immensum.*

DE NECESSARIO & CONT. PERMANENTE & SUCCESSIVO. ABSTRACTO & CONCRETO &c.

CAP. I.

DE NECESSARIO ET CONTINGENTE.

- I. *Acceptio.* Quæ i. est *communis*, quando utrumque & Necessarium & Contingens, vel dicitur tale in *causando*, vel in *prædictando*, vel in *essendo*, quod ultimum hujus est loci.
2. *Specialis*, quando necessarium ex Hispano quadruplex est. *Expedientia* sive *utilitas*, sicut equus est necessarius ad iter. 2. *Indigentia* vel *sustentationis*, ut cibus animali necessarius ad sustentandam vitam. 3. *Violentie* vel *coactionis*, sicut reus ad supplicium trahitur coactus. 4. *Essentia* vel *immutabilitas*, ut in definitione. Quadruplex hæc significatio V. V. exhibetur:

Utile, perpetuum, sustentans & violentum.

Quatuor expresse vox denotat illa necesse.

- II. *Definitio.* Necessarium est, cajus essentia est immutabilis, ut DEUS.

Simpliciter talis, quando ens nullo modo est mutabile, quale est *solus Deus*.

Incomplexa & existen-

tia, quæ est unius rei vel

per se & simpliciter Secundum quid., quando ens respectu intrinseci

spectatae; *eadem vel*

principii non est mutabile, respectu extrin-

seci autem est mutabile, ut *angulus*

Complexa & cohesionis, quæ non est unius rei per se, sed respectu alterius,

cum qua connexionem dicit, ut *Dens justus & finitus*, *homo est*

animal.

Absoluta, quā res simpliciter absque omni suppositione est

necessaria, ita ut ejus oppositum includat contra-

Utraque contradictionem, ut *Dens*, *Dens acernus*, *homo est animal*,

est vel vel

Suppositionis seu hypothetica, quā res in se contingens ex aliqua

circumstantia seu suppositione fit necessaria, ut *homo*,

homo si currit, movetur.

Et V. Ens aliud Necessarium, aliud Contingens. In Necessario Noteatur.

Comple-

Consequentis, quando res ita ad cohaerendum sunt determinatae, ut non possint non cohaerere, salvâ earum naturâ, ut *Dominus iustus, homo animal, si homo est animal, sentit.*

*Complexa**est vel**vel*

Consequens, quando ita simpliciter res non cohaerent, sed posita priori antecedente, altera consequens dicitur necessaria, ut *homo necessario existens in conclave, posita vi eundem ibi detinente. Si homo currit, moveatur.*

* In rebus illa dicitur *natura vel essentialis. Hac accidentalis. In argumentatione illa materialis, hac formalis vocatur. Aliás ex illa dicitur simplex, hoc secundum quid.*

Efficientis, quando posita efficiente, effectus non potest non ponni, quorsum pertinet *violentia & coactio. five*

Ratione finis, qua necessarium quid est ad finem obtinendum.

Sive simpliciter, sive ad bene esse.

Materia, cum ex materia quid necessarium est, ut *corpus necessario est quantum, quia constat materia, ferrum necessario dura, quia constat ferro.* vel

Ratione forme, quando propter formam alicui quid necessarium est, ut *homini propter animam rationalem necessario convenient rationalitas, vel etiam risibilitas.*

*In Contingenti occurunt:**I. Quidditas. Ens contingens est, cujus essentia est mutabilis, ut homo.*

1. *Incomplexa & existentia*, eaque etiam vel *simpliciter talis, vel secundum quid, ut supra in necessario; vel complexa & cohesionis, ut homo dominus.*

2. *Ratione causa*, quando posita causa vel raro vel non semper sequitur effectus, ut *inventio thesauri.* vel

3. *Ratione subjecti*, quando subjecto aliquid contingenter accedit, ut *eclipsis luna.*

4. *Extrinsica*, quando agenti à vi validiori extrinseca, qua in agendo impeditur, aliquid contingit, *qualis in omnem creaturam potest cadere, sed non in Deum.* vel

5. *Intrinsica*, qua est voluntatis libertas, *five in DEO five in creatura.*

6. *Quâ vel raro aliquid fit, ut homo nascitur biceps, vel in plurimum, ut homo nascitur uno capite. Quâ utraque contingentia aliás inaequallis dicitur, vel indifferenter & aequaliter ad utramque contradictionis partem, ut lectio, ambulatio &c. Quâ est contingentia aequalis vel ad utrumlibet.*

DE PERMANENTE ET SUCCESSIVO.

- Ens 6 aliud est Permanens, aliud Successivo, ubi*
- I. *Definitio.* Ens permanens est, quod habet esse suum non in fluxu, sed simul, ut homo, arbor, & omnia praeter tempus & motum.
Successivum contrà, quod esse suum non habet simul, sed in fluxu, quo cessante & negato, cessat & negatur res ipsa, ut tempus & motus.
- Requisita entis successivi sunt 1. habere prateritum & futurum. 2. habere partes copulatas per presens. 3. copulationem esse successivam, non momentaneam. 4. Aique continuam ratione temporis, non discretam.
- Simpliciter* tale, quod esse suum ita simul habet, ut nulla vi amittere possit, ut solus DEUS.
- II. *Divisio.*
- | | | |
|-----------|-----|---|
| Permanens | est | Secundum quid, quod esse habet modo amissibili, sive deinde esse illud natura, sive ad arbitrium cause primae amittat, perinde est. |
| vel | | |

DE ABSTRACTO ET CONCRETO.

- Ens 7 aliud est Abstractum, aliud Concrenum, ubi*
- I. *Quid?* *Abstractum* est, quod modum habet significandi simplicem, & tantum formam significat. *Concretum* contrà, quod modum habet significandi compositionem & formam cum formatō significat, ut in Logica diximus.
- II. *Quotuplex?* Resp. 1. Alia abstractio est *realis*, quæ est ante mentis meæ operationem; Estque vel *immaterialium*, ut in Deo, Angelis & in anima nostra, vel *materialium*, ut homo assumptus à *Angelo* abstractus est à supposito proprio.
- Alia *rationis*, quæ fit per mentis operationem, *Positiva*, quæ fit cum positione contraria, ut ab *Aethiopie* mente abstractio nigredinem, eique attribuo albedinem.
- Estque vel *Sensitiva*, quæ sensus proprium suum objectum apprehendit, vel
- Resp. 2. *dimissis reliquis sicut visus abstrahit colorem.* *Privativa*, quæ non fit cum positione contrarii, sive talis abstractio fiat per primam mentis operationem, *Intellectiva*, quæ intellectus alio quid cognoscit non cognito altero.
- Resps. 3. Alia* *præcisiva*, sive per secundam, quæ *negativa* vocatur, perinde est.

Metaphysica, quæ dicitur abstractio à materia secundum rem & rationem.

Resp. 3. *Alia Physica*, quæ est à materia singulari secundum rationem tantum.

& *Mathematica*, quæ est à ab omni materia sensibili, & singulari & communi, secundum rationem q. 6. disp. i.

* *Variat quoque ratione subjecti, ubi alia à subjecto, alia à supposito dicitur. Idem ratione subjecti, quā abstractum aliud substantiale, aliud absolutum, aliud relativum &c. vocatur, que divisiones causæ ex terminis clarèant, brevitatis studio cum alias emittantur.*

CAP. IV.

DE MATERIALI & IMMATERIALI.

I. *Acceptio.* Non h̄c accipitur materiale i. pro communi conceptu, ut opponatur formalis. Non 2. pro eo, quod capax est mutationis, ut opponatur immutabili. Non 3. pro eo, quod constat ex materia crassa, ut opponatur vel nullam vel subtilem habenti materiali. Neque 4. strictè pro eo, quod constat ex materia & forma, sed 5. prout opponitur immateriali.

II. *Definitio.* *Materiale est*, quod à materia commercio non est liberum, sed vel ipsa materia est, vel ab ea in fieri, esse & operari dependet, ut *homo, lapis, equus &c.* Contrà, *Immateriale est*, quod nec ipsa est materia, nec dicto modo ab ea dependet, ut *DEUS, Angelus & anima rationalis.*

CAP. V.

DE NATURALI & NON NATURALI.

1. *Quid? Naturale*, quod hic solum non naturali opponitur, est id, quod effectivè suum esse habet à natura, tanquam proximo & immediato principio naturaliter & ordinariè operante, ut *Solem moveri, ferrum tendere deorsum &c.*

Non naturale est, quod esse suum vel plane non habet à natura, sed saltem non ab ea ut à principio proximo & immediate naturaliter & ordinariè operante, sed vel repugnanter vel non convenienter & satis congrue naturæ, ut *Solem stare posse, lapidem ferri sursum, lignum volare &c.*

* *Naturale h̄c ab aliis describitur, ut se habeat respectu sui. Alius quoque naturale quid respectu alterius dicitur, quod vel constitutivum, vel consecutivum, vel subjectivum vel perfectivum vel transitivum dicitur. Per naturam potest intelligi vel natura, naturans, quæ est *DEUS*, vel natura naturata, modo ordinariè operatur. Non naturale subse complectuntur supernaturale, artificiale & violentum. De quo in explications.*

Q. Q.

Q. 1. An detur contingentia in essendo? A. Quia datur libertas in operando.

Q. 2. An si DEUS ageret ex necessitate natura, adhuc daretur contingentia? Resp. D. Si non aliter ageret, quam nunc, A. Si quam posset, fortissime & vehementissime. N.

Q. 3. Quae sint entia successiva? Resp. Tantum motus propriè sumtus accidentalis & tempus Physicum.

Q. 4. An divisio in naturale & non naturale sit adequata? A. Quia per terminos contradictorios opponuntur.

Q. 5. An abstracta Metaphysica generum, specierum & differentiarum de se invicem possint predicari? A. De sensu identico ex reg. 8. parte posteriori. De sensu formalis Neg.

AXIOMATA & EFFATA.

1. Prescienza divinanon infert tanquam causarebus absolutam necessitatem, sed infallibilitatem. Nam.

2. A Necessitate ad causalitatem N. V. C.

3. Ad rem necessitatem non sufficit causa remota necessaria. Quia à proxima & necessitas & contingentia dependet.

4. Contingentis, in actu exercito & quod est tale ratione causæ, non est scientia, creata.

5. Ars imitatur naturam, 1. Formando simile exemplari suo. 2. Agendo ab imperfectiori & in materiam praesuppositam habilem. 3. Deficiendo ex defectu vel abundantia materiæ. & 4. Agendo sine deliberatione.

6. Virtutem artificis secundum se non imputetur arti.

7. De quo propriè dicitur concretum, ei inest abstractum. Et cui modo accidentalis non essentiali inest & satis intense, extensè & protensè convenit abstractum, de eo quoque dicitur concretum.

8. Quandounque abstractum de abstracto predicatur, etiam concretum predicatur de concreto. Et V. V. Quandounque concretum accidentale (de substantiali, vid. q. V.) predicatur, quidditative de concreto, etiam abstr. predicatur de abstracto.

CURS. METAPH. DISPUTATIO IX.

DE ABS. & RESP. PRINC. & PRINCIPIATO, CAUSA & CAUSATO.

CAP. I. DE ABSOLUTO ET RESPECTIVO.

I. *Acceptio.* Accipitur absolute ut opponitur vel dependenti & determinato, & idem est ac independens. vel 2. *composita* & idem est ac simplex, vel 3. *mixta*, & idem est ac purum. vel 4. *inchoato* & idem est ac consummatum. vel 5. *conditionato*, *hypotheticus* aut *suppositionis*, 6. vel *comparatio*, vel 7. *respectivo* in genere, ut hoc in loco.

II. *Definitio.* Ens absolute est, quod non habet respectum ad aliud, ut homo. Respectivum, quod habet respectum ad aliud, ut Pater.

1. *Absolute à subjecto*, vel in *hæfsonis* vel *denominationis*, ut *substantia* est *absoluta*, sed non *accidens*.

III. *Absolutum à termino*, ut omnia, praeter relata prædicamentalia, absolute sunt.

distin-
ctio.

3. *Absolute à causa*, sive ab omni & quacunque, ut solus Deus est absolutus. Vel ab hac vel illa in specie, ut Angelus est absolutus à causa interna, sed non externa.

Est. n.

4. *Absolute ab objecto*, quod aliud tanquam objectum non respicit, ut quantitas, figura &c.

IV. *Respectivo*, *Divisio.* Est id vel

Prædicamentale, cuius totum esse est ad aliud, tanquam terminum, referri, ut pater referatur ad filium & contra, vel

Nonprædicamentale seu transcendens, cuius totum esse non est purè ad aliud, tanquam ad terminum, referri, sed quod praeter respectum ad aliud, simul aliud munus exercet, vel *cause*, vel *subjecti*, *potentia* &c. ut scientia respicit scibile tanquam objectum, quod intellectui representatur & ab eodem cognoscitur.

* Hoc non prædicamentale potest dici vel in creatum vel in creatum. Creatum rursus vel indeterminatum, quod ad certum prædicamentum non restringitur, vel determinatum, quod, ceci ad prædicamentum relationis non pertinet, in aliquo genero ponitur. De quo alibi vel in explicatione.

CAP. II. DE PRINCIPIO ET PRINCIPIATO.

I. *Acceptio.* Strictissime pro supremo principio, quod est solus Deus.

Accipiatur vel

2. *Strictius* pro causa efficiente vel materiali in specie.

3. *Stricte* pro principio causaliter.

4. *Latissime* pro quocunque initio aut principio, sive successionis, sive numeri, sive dignitatis, sive alio dicatur respectu, ut vid. *Disp. Cels. Philo-Theos. p. 3.*

5. *Lati & medio modo*, pro eo primo, à quo aliquid procedit quocunque modo. Ut hoc in loco.

II. *Definitio.* Principium est quod alio, ad quod habitudinem dicit vel connexionem, prius est, ut Pater filio, causa effectus.

& Principium, quod alio, ad quod habitudinem dicit, est posterior, ut filius patris, effectionis causa.

- III. *Divisum Complexum*, quod est integra propositio. De quo Tabell. I. & non est
suo. Est 1. *hujus loci.* vel
 Incomplexum, quod est ens simplex, unde vel aliquid est vel cognoscitur.
- Fiendi*, unde procedit aliquid, quo cunque modo, in fieri, ut architectus,
ut adficeretur *altu domus.*
- Effendi*, unde procedit aliquid in facto, quando jam res est facta, ut
corium ad esse calci. vel
- Cognoscendi*, unde procedit esse cognitum, vel quod confert aliquid ut
res cognoscatur, ut ex effectu cognoscitur causa.
- Physicum*, ut sunt 4. causae rigorose dictæ. vel
3. vel *Metaphysicum* seu *Logicum*, quod est quæcunque ratio constitutiva, ut
genus & differentia speciei.
4. vel *Personale*, ut Pater celestis est principium Filii. vel
Essentiale, ut Creator principium creaturæ.
- Quod*, est ipsum totum compositum, subjectum vel suppositum, quod
rationem principii habet, ut homo est principium quod liberali-
tatis, intellectus &c. vel
5. *Quo*, est pars, natura, forma, instrumentum vel ratio, quæ mediante
aliquid subjectum principium dicitur, ut anima vel voluntas princi-
pium quo.
- Causale*, est vera causa influens esse in aliud. vel
6. *Non causale*, est principium non influens esse in aliud, ut Pater in
divinis.

CAP. III. DE CAUSA ET CAUSATO.

- I. *Acceptio.* 1. *Latissime* pro principio. 2. *strictè* vel pro causa efficiente, vel pro fine. 3.
Medio modo, ut hic.
- II. *Definitio.* Causa est principium influens esse in aliud: vel, quod per exercitum
potentia suæ alteri largitur esse. Et *Conformatum*, quod per verum influxum ab
alio dependet.
- Realis*, quæ reali & Physico influxu mediante potentia reali influit in effe-
- III. *Divisio.* Etum, ut *efficiens*, *materia* & *forma*.
- Est 1. vel
 Intentionalis, quæ intentionaliter, seu fluxu intentionali influit; ut
 finis.
- Externa*, quæ essentiam effecti non ingreditur, ut *efficiens* & *finis.*
2. vel
 vel
 Interna, quæ essentiam effecti ingreditur, ut *materia* & *forma.*

Q. Q.

- Q.** 1. *Qualis respectus constitutus est respectivum?* Resp. Respectus quicunque realis indifferentes sunt, sive transcendens sit, sive praedamentalis.
- Q.** 2. *An omne principium sit prius principiato?* A. 1. quia ponit esse primum respectu alius, quod tale primum esse non habet. 2. Quia ab alio, ad quod habitudinem dicit, semper infectur & supponitur. 3. Quia datur ordo inter principium & principiatum secundum quem illud precedit.
- Q.** 3. *An Pater in Divinis possit dici principium & Filius principiatum?* A. Pater enim est principium sine principio. Filius principium de principio, Spir. S. principium de utroque. Pater est principium Filii per generationem. Pater & Filius principium Spiritus S. per spirationem. Id quod claret ex applicatis definitionibus principii & principiati. Quanquam Benedictus & alii de Filio principiato hoc sentiant, posse id quidem dici secundum rem, modum autem loquendi apud Patres non esse receptum. *Disp. cit. Coll. Philo-Theof.*
- Q.** 4. *An Pater & Filius rectius unum, quam duo dicantur principia respectu Spir. S.?* A. Quia una est spiratio per & propter quam rationem habent principia.
- Q.** 5. *An P. F. & Spir. S. sint quidem unum principium quo, tria autem principia qua, respectu creaturarum, adeoque tres Creatores?* Cum nomen numerale Physicis & propriè dictis causis ejusdem ordinis simpliciter additum, multiplicare soleat principium quod & quo, adeoque & agens & causalitatem seu causandi rationem, plurimis principiis etiam ut qua creaturarum non placent. Sicut enim plures non dicuntur omnipotentes, licet pluribus omnipotentia conveniat, ita nec plures Creatores, quanquam & creatio pariter tribuatur pluribus.
- Q.** 6. *An Pater sit principium totius Deitatis?* N. Alias esset principium sui, & 2. tota Deitas esset vel genita vel spirata, quia Pater non est principium ad intra nisi vel per generationem vel per spirationem. Quando tamen quandoque illa locutio fuit adhibita, ita explicari consuevit: Pater est principium Filii & Sp. S. in quibus tota est Deitas.
- Q.** 7. *Quomodo principium & causa differant?* Resp. Ut latius & angustius. O. causa est principium, sed non contraria.
- Q.** 8. *An rō influere sit causalitas causa in genere?* A. Quia eo posito ponitur causa, & cessante cessat. Influere autem h̄c idem est ac alteri esse communicare vel largiri.

Q. 9. *An conditio sine qua non sit vera causa?* N. Quia, sive late accipiatur pro omni eo, si ne quo quidem effectus non est, ad eundem tamen vel ejus causalitatem exercendam non est necessarium. Sive strictè pro eo, quod ad effectum obtinendum ita est necessarium, ut non possit vel exerceri causalitas vel produci effectus. Tamen semper destituitur ratione formalis causæ, sc. influxu, ut nihil ad effectum per verum influxum conferat.

Q. 10. *An, sine quo effectus non contingit, id omne sit effectus vel causalitati necessarium?* N. Sine nocte enim non contingit dies, neque tamen illa huic est necessaria.

Q. 11. *An instrumentum sit causa à reliquis distincta?* N. Quia ei convenit causæ efficientis causalitas, quæ est actio, etiam vera efficientis species erit.

Q. 12. *An causa exemplaris sit distincta causa?* N. Dum enim causa exemplaris agens intellectuale dirigit, disponit, actuat & perficit, causæ efficienti quodammodo virtutem agendi conferendo principium evadit operandi, quod autem tale, ad causam efficientem pertinet.

AXIOMATA ET EFFATA.

1. *Absolutum est prius prioritate vel reali vel rationis, respectivo.*
2. *O. Principium quo presupponit principium quod.*
3. *Idem principium quod potest esse principium quo, diversa habitudine.*
4. *Nihil est causa sui ipsius positiva simpliciter in eodem esse.*
5. *Positæ causæ in actu causandi ponitur effectus vel in fieri & esse imperfecto, vel in facto & esse absoluto. Et positio effectu ponitur causa, quoad esse absolutum, non relativum.*
6. *Negata causâ negatur effectus & vice versa; quoad esse relativum.*
7. *Vitiositas effectus non semper supponit vitiositatem causæ, semper autem imperfectiorem.*
8. *Causa quæcumque est prior naturâ suo effectu, secundum esse absolutum.*
9. *Qualis causa univoca, talis est effectus, quoad essentialia, non accidentalia.*
10. *Causa interna comprehensivæ, finalis quæ causa, & efficiens principalis, non est deterior suo effectu.*
11. *Causa causa particulariter causam determinans, est causa causarum.*

DE CAUSA EFFICIENTE.

M. Quid? Est causa externa, à qua per veram actionem dependet effectus.

* Genus est causa externa. Reliqua verba differentiam exhibent. A qua dicitur proprium efficientis, scilicet ex qua materia: Per quam, forma: propter quam, finis. Actio vera realis & Physica est causalitas eff. & potentia activa ipsa ejus causandi ratio.

Ex parte causa, quando id, quod vere cause accedit, dicitur causa.

Ut Musicus pingit, Cuius medetur &c.

Vel Ex parte effectus,

quando vera causa etiam illius dicitur causa, quod sese junxit aut unit effectui per se, sive conjunctione necessaria, ut quando movens columnam, movet lapidem supra columnam positum. Sive casuali & raro contingenti, ut fodiens invenit thesaurum.

Sive plane fictiā & putatiā, ut ingrediens domum causa diceretur terrae motus. Est autem & hæc

Physica, quæ vere & realiter influit, ut homologitur.

vel

Moralis, quæ non influit vere, ita tamen sese gerit in genere miorum, ut ei effectus secundum prudentium estimationem imputetur, ut Natura per absentiam sit causa naufragii. Ita 1. mandando, consulendo, suadendo, adhortando &c. 2. Consentiendo, permittendo. 3. Applicando virtutem agendi ad passiva, recipiendo, participando &c. Ut habent versiculi: Jusso, consilium, consensus, palpo, recursus; Participans, muties, non obstantes, non manifestans. Accedit causa per modum meriti & intercessionis moralis.

Principalis, quæ influit in effectum virtute non ignobiliori, quam ad effectum requiritur, ut latro interficit hominem.

vel

Instrumentalis, quæ influit virtute ignobiliori, & à principali elevata, ut Culter vel gladius interficit. Instrumentum est vel coniunctum, ut calamus &c. vel separatum, ut globulus emissus.

In Efficiente occurunt

II.
Q. 40.
plex?
Resp.
Est i
vel

Per se, à
qua dire
cte, ratio
ne pro
prii sui
influxus,
effectus
dependet.
vel

Per acci
dens, à qua
secus. Est
que vel

2.
vel

Physica, quæ vere & realiter influit, ut homologitur.

3.
vel

Vel ratione influxus tantum, quæ solet vocati causa per accidens in genere rerum vel Physica, quæ in effectum non influit, sive eum intendat sive non intendat, ut removens valvas est causilluminati conclavis.

Vel ratione intentionis tantum, moralis seu in genere morum, quæ quidem influit in effectu, sed præter intentionem, ut effectum talem non intenderit, ut feram occisum occidit hominem.

Vel ratione intentionis & influxus simul, quæ neque influit neque intendit, ita tamen sese habet, ut ei effectus tribuatur, ut peregrè mittens serum, à latronibus occisum, causa homicidi vocaretur.

Unus

1. *Univoca*, quæ producit effectum ejusdem speciei aut similis naturæ, ut *homo generat hominem*.
2. *Aquivoca*, quæ producit effectum diversæ speciei, ut *DEUS creaturam*.
3. *Prima*, quæ ab omni causa alia independenter agit ut *salus DEUS*.
4. *Secunda*, quæ agit dependenter, ut *creatura*, licet agat principaliter.
5. *Universalis*, quæ indeterminat & eodem modo agendi plures effectus simul producit, ut *DEUS sol*.
6. *Particularis*, quæ eodem tempore & modo unius speciei effectum determinat ut *ignis per reproducitur in homo*.
7. *Procreans*, quæ dat primum esse, sive immediatè ut *causa per emanationem*, sive mediatè, mediante alio accidente, ut *causa per transmissionem*, perinde erit.
7. vel
8. *Conservans*, quæ dat esse continuum, seu rem procreat & conservat. *Vtrinque causa est DEUS*.
9. *Proximæ & immediata*, quæ immediatè influit nullâ causâ aliâ ejusdem generis interveniente, ut *ignis proximitate calefacit ollam*; immediatione suppositi & imme diatione virtutis.
8. vel
10. *Remota & mediatæ*, quæ mediatè influit, aliâ causâ ejusdem generis interveniente, ut *ignis calefacit aquam in olla*, mediante olla, mediatione suppositi, vel mediante calore ollæ, mediatione virtutis.
11. *Totalis vel solitaria*, à qua totus effectus solitariè dependet, non concurrentibus causis aliis ejusdem generis & ordinis, ut *homo loquitur*. *Equis trahit currum*.
9. vel
12. *Partialis, vel socialis* à qua ita solitariè effectus non est, sed concurrentibus causis ejusdem generis & ordinis aliis; ut 4. vel 6. *equi trahunt currum*.
10. *Naturalis*, quæ agit necessariò, potentia irrationali, ut *ignis urit*.
11. *Liberæ*, quæ agit liberè, potentia rationali ut *homo loquitur*.
12. *Externa*, quæ producit effectum extra se, ut *ignis calorem in aqua*. *DEUS mundum extra se*.
11. *Interna*, quæ producit effectum in seipso, (non in alio subiecto) ut *intellectus in se intellectu* em.
12. *Subordinata* sunt plures causæ ejusdem generis, quarum una dependet ab alia, haec alia autem non vicissim ab illa. Sive essentialiter sunt subordinata, quando dependens ex sua natura non potest non dependere in causando; ut sunt *DEUS & creatura*. Sive accidentaliter, ubi dependens quidem alias ab altera dependet, sed nunc non in causando, ut *pater & filius*.
- Non subordinata*, quarum una ab alia non dependet, ut *dico loquentes scribentes &c.*

Q. 2.

Q. 1. An causandi ratio, vel potentia activa efficientis, semper sit accidens realiter distinctum ab efficiente? N. Cum enim immediate sine accidente agere sit perfectionis, eaque perfectio accidentibus competit, sicut calor inmediate agit vel calificat non potest denegari perfectissimo agenti. Sed nec reliquis substantiis creatis omnibus negari potest; Nulla enim ostendi hic potest necessitas multiplicandi entia.

Q. 2. An agens & efficiens sint unum? A. Efficiens quidam latius patere dicunt quam agens, quia accidentia non agant sed efficiant. Sed calor agit. Calor est accidens E. agit.

Q. 3. An influxus sit causalitas efficientis, non actio? N. Influxus generaliter sumptus est causalitas causa ut sic. Specialiter sumptus ita non potest dici efficiens causalitas, ut non sit actio, ab actione enim agens formaliter dicitur agens, & causa efficiens actu secundo constituitur efficiens. Atque omnia incommoda, quae actioni obverti solent, etiam de influxu dici possunt. Si ergo actio non esset, neque influxus esset causalitas.

Q. 4. An causa per accidens sit vera causa? D. A qua vere dependet effectus, per verum realem influxum causalem est causa ex parte causa ratione suppositi. Sed non, quae est ratione formae, nisi quando forma dimissa ipsum subjectum à forma denominatum intelligas. A qua autem ut tali non dependet vere effectus, non est causa vera, sicut illa, quae est ex parte effectus. vid. Coll. Phil. Theosoph. Disp. de hac mat, q. 3.

Q. 5. An DEUS possit dici causa peccati per accidens? Resp. Quia 1. causa quædam per accidens vere agit, & causa vera dici potest. (2) Non omnis causa peccati per accidens immunis est ab omni errore, labore & imperfectione. (3) Suspecta vox est nomen causa, cum inferri soleat causam per accidens esse nihilominus causam, cui attribuatur effectus. saltē per aliud & non per se. Item agenti rationali effectum per accidens tribui præter scientiam ejus, quod de D E O dicere, absurdum est. Merito, pie & cause hæc phrasim abstinentendum, putamus.

Q. 6. An causa moralis sit vera & proprie dicta causa? N. D. Quia ut talis in genere rerum vere non influit in effectum, licet consulendo, mandando, &c. causam veram ad agendum inclinet, flectat, pertrahat, perducat & moveat, indeque impulsiva dici soleat. Neque tamen desinit esse causa in genere morum, ubi, quia inclinando, pertrahendo & movendo causam ita sese gerit, ut effectus ei imputari possit, hæc ratione in esse quodam causandi constituitur, ut effectus licet non secundum entitatem, tamen secundum moralitatem, quæ capax est laudis vel vituperii, à tali dependeat causa.

Q. 7.

- Q. 7. *An Caro Christi possit propriè dici instrumentum & Nòys in operibus omnipotentia? N.*
Quia non agit virtute ignobiliori, agendo virtute divinâ sibi in unione verè & realiter communicatâ, ut suam possit dicere virtutem, suam potentiam.
- Q. 8. *An Filius DEI possit dici instrumentum Patris N.* Virtus enim Patris activa vel creativa est virtus Filii.
- Q. 9. *An datur instrumentum separatum in operando? A.* Quia nihil repugnat, instrumentum extra causam principalem constitutum, verè in effectum influere.
- Q. 10. *An causa emanativa sit vera causa? A.* Confert enim suo effectui per emanationem esse primum & continuum.
- Q. 11. *An Tres Personae Divine sint creationis causa socia? N.* Quia neque distinctâ aut diversâ agunt potentiam, neque distinctâ causalitate, sed eâdem proflus.
- Q. 12. *An plures causa totales ejusdem generis & ordinis possint concurrere ad unum effectum? In genere morum conceditur. Negatur in genere rerum.*

AXIOMATA & EFFATA.

1. *Omnis actio est propter finem.* Vel primæ vel secundæ causæ respectu.
2. *O. causa efficiens agit.* Quia agere est efficere; si est influere, etiam alia causa agit.
3. *Inter agens & patiens debet esse contactus.* (Q. actio fit per contactum) corporeus vel spiritualis & virtualis.
4. *Quicquid essentialiter & necessariò est in effectu, praecedit vel formaliter vel eminenter & virtualiter in causa principali.*
5. *Idem effectus est principalis & instrumentalis causæ.* Licet ab utraque diversimodè dependeat.
6. *Causa instrumentalis principalem limitat, secundum esse effectus bene vel male.*
7. *Causa secunda verè agit, et si non nisi mota & dependenter à prima.*
8. *Causa universalis nihil efficit sine particulari, à qua effectus esse hujus vel illius speciei obtinet.*
9. *Cujus omnes causa, principales & instrumentales, universales sunt, id ipsum universale est.*
10. *Idem agens naturale, quatenus idem, eodem proflus modo sese per omnia habens, semper agit idem.*

CURSUS METAPH. DISP. XI.

DE CAUSA FINALI.

I. **Aequivocatio** Accipitur aliquando pro extremo vel quocunque rei termino, ut linea punctum ultimum est finis ejus & ita contradistinguitur principio. Dicitur *sui terminus*. Hic est causa finalis, vel finis causans.

II. **Definitio**. Finis est causa externa, quae per cognitionem & desiderium bonitatis sui agens movet ad sui consecutionem. Vulgo, *cujus gratia res est*. Phrasis *re cujus latè accepta*, ut idem sit ac propter.

* Ratio causandi est bonita, sive vera sive apparenſ. Causalitas est ipsa motio, inclinatio seu excitatio. Quam præcedit objecti boni tangitam motivi, apprehensio seu cognitio. Quæ causalitatis conditio sive qualitas est.

In Causa Finali præcipue expoundenda Quinque.

III. **Quotuplex sit effe-**
ctus vel causa-

Resp. Est vel

vel

Internus, qui est actus propter finem sive sit *imperatus* & aliud facultatis, ut intellectus, sensus &c. Sive elicitus isque vel circa media, uteleclio, vel circa finem acquirendum aut ac-

quisitum, ut *avor*, *intervie* &c.

IV. **Quotuplex agens pro-**
pter finem?

Resp. Quadruplex

1. agens intellectuale increatum, ut DE US.
2. agens intellectuale creatum et *Angeli* & *l'omo*.
3. agens cognitione sensitiva, ut *brutus*.
4. agens naturale expers omnis cognitionis, ut *planta* & *res inservientes*.

V. **Quotuplex**
finis?

Resp. Ji

Finis cuius, est ille cuius efficiendi vel acquirendi gratia tantum res est, vel, quem præcisè efficiens intendit assequi: *ziliu* prolixius ita:

Cujus efficiendi vel acquirendi gratia aliquid sit, ut non simul sit subjectum, cui expetitur, ut *santitas* respectu modicu*s* *ambulans*.

Finis cui, est subjectum, cui ille finis est, vel cuius acquiritur *ambo*, cui *santitas* est restituenda.

Finis

Finis cuius est vel obtinendus sive acquirendus tantum, qui dum existit, obtineri vel applicari intenditur ut dicitur, ager.

vel

Efficiendus, qui intenditur, ut quia non existit, efficiatur vel fiat, ut eruditio, sanitas &c.

Qui efficiendus rursus distingui solet, Alius est operatio, quam vel sequitur opus aliud, ut adificatione sequitur dominus, vel non sequitur, ut finis est actio virtutis, vel visio respectu oculi. Alius autem est ipsum opus, seu res facta, ut sanitas, dominus &c.

Principalis, qui principaliter & primario ab efficiente intenditur, ut sanitas.

vel

Minus principalis, qui secundariè intenditur, ut pecunia, vel aliud, quod à Medico intenditur, sicut talis finis maximè variari potest.

Externus, qui non producitur ab intendente per se, ut equitatio respectu ejus, qui fratre conficitur.

vel

Internus, qui ab intendente producitur, ut frater respectu ejusdem.

Externus etiam dicitur respectu disciplinæ vel artis, quia extra eam obtinetur. Et

Internus, qui intra, ut Logica finis externus dicuntur orationis veritas. Internus syllogismus.

Objectivus, qui est objectum, cuius gratia aliquid agitur, ut finis ultimus hominis dicitur DEUS, qui est objectum beatifica visionis.

vel

Formalis, qui est actio circa illud objectum ut visio Dei beatifica.

Ultimus & summus, ob quem reliqui appetuntur, ipse propter nullum, ut in Logicis veritas, in Medicina sanitas. Estque vel simpliciter summus sive ultimus, cuius gratia in universum sunt omnia, ut DEUS vel gloria divina. Vel in certo genere, ut praedicta exempla in genere actionum Logicalium vel Medicinalium.

vel

Intermedius & sub ordinatus, qui ordinatur ad alium, ut in Logicis eff syllogismus. In Medicina expulsio pravorum humorum.

Q. Q.

Q. 1. *An finis sit vera realis causa?* Affirmarunt hactenus Dd. communiter contra Stoicos. Et etiamnum afferendum erit idem contra quosdam recentiores. Quia verè influit in effectum, ad cuius productionem per veram influentiam suum tanquam principium causale consert, agens sc. verè movendo, ad agendum excitando, invitando, extimulando & provocando, quæ vera extimulatio seu excitatio veram & realem quandam causalitatem constituit, distinctam quidem à causalitate efficientis, ut ita non agat sicut agit efficientis, non tamen omnino nullam, non imaginariam, non fictam; móvet ita agens, sicut objectum móvere potest, influxu quodam intentionali, dum enim bonum cognitum intenditur, desideratur & expertur, intentionalis dicitur, vera tamen & realis sub diviso realis causæ contenta, quando causa alia externa, alia interna dicitur. Neque obest, quòd dicatur finis móvere metaphorice. Hac enim phrasí non tollitur causalitatis realitas, innuitur saltem causalitatis hujus vera & realis diversitas, & discriben ponitur inter efficientis & finis motionem seu causalitatem, quod illius actio & motio, v. g. quando ignis móvet aquam, longè nobilior & notabilior, indeque longè majori jure realis sit, quam hujus, quæ non tanquam actu präexistens attingat effectum per potentiam reali activam, effectivam aut productivam, sed saltem excitativam, agens alliciendo, ut in actum prorumpat, quæ motio & actio dum comparatur actioni vel motioni agentis, & imitatur quodammodo physicam illam actionem, metaphorica dici consuevit, ut tamen aliás per se & absolute realis esse non cesse, indeque realis causalitas maneat, quæ non item metaphorica dicitur, quando motio dicitur metaphorica. Plura alibi.

Q. 2. *An finis sit causa moralis?* N. In multis euidem convenient moralis & finalis causa. Differunt tamen, ut non nisi finis intendatur, moralis, ut talis, non item.

Q. 3. *An causalidratio sit tamè bonuri?* A. Tantum bonum sive verum sive apprens, nunquam malum quà malum, conveniens & appetibile est voluntati, eamque móvere aut allicere potest. Nam nemo intendens ad malum operatur. Scholasticorum habet regula.

Q. 4. *An causalitas finis consistat in voluntatis actione seu motione, quā fertur in bonum cognitum?* A. Tum enim finis rationem habet causa & in esse causa actu secundo & formaliter constituitur, quando móvet & inclinat agens ad agendum ex iuncto sui desiderio & amore. Quæ voluntatis actio non

non est consideranda, ut est ab ipso appetitu tanquam causa efficiente, ubi potius est causalitas efficientis, sed ut est ab objecto, tanquam bono & convenienti cognito, que movetur.

- Q. 5.** *An finis moveat secundum esse reale, an vero secundum esse intelligibile?* A. prius. Quia non intenditur secundum esse cognitum aut intelligibile, ut faltem cognosceretur & existeret in mente aut conceptu, sed secundum esse reale, ut auctu existeret, qui non existit, quo esse reali obtento tandem appetitus sedatur & expletur.

AXIOMATA ET EFFATA.

1. *O. finis est bonum quid.* Si non verum, tamen apparet, ex bonum potest esse finis. Unde finis & bonum reciprocantur & idem dicuntur.
2. *Qui vult finem, voluntate efficaci non solum complacentiae, vult etiam medium, ad finem ordinata, hæc vel illa indeterminate.*
3. *Unius rei unus est finis, sumimus, ultimus & principalis seu primarius.*
4. *Unius rei plures possunt esse fines, subordinati, diversaque habitudine & tempore.*
5. *Finis est prestantior medium, propter finem adhibendis & qua talibus.*
6. *Finis dat medium bonitatem & amabilitatem.* Ideò enim pro bonis habentur & amantur, quia ad finem consequendum apta sunt.
7. *Finis est primum in intentione & ultimum in executione.* Hinc finis medium est prior & posterior. Et quocunque finis (objectivè, non subjectivè, præcisè & simpliciter, non intra certum ordinem & hypothesis intentus) est posterior in executione, eo est prior in intentione. & contra.
8. *Fine complete acquisito cessat omnis actio ad finem acquirendum.*
9. *Actiones distinguuntur finibus. Cujus finis est bonus, id ipsum est bonum, si & media fuerint talia.*
10. *Propter quod, tanquam causam per se, proximam & univocam, itemque adæquatam & cum reflexione effectus super causam, unumquodque tale est, illud magis tale est.* Non ratione intensionis, tamen immediationis, aut alio modo.

DE MATERIA ET FORMA.

CAP. I.

DE MATERIA.

In Materia occurruat TRIA potissimum.

- I. *Acceptio*
1. *Latissime & impropre* pro quacunque potentia passiva aut percibili, quā quicquid talem habet, materiale vocatur, & ita genus materia dici solet, sed *Metaphysica*, quae & spiritibus & accidentibus convenit.
 2. *Late, pro subjecto vel objecto*, sicut alia dicitur *materia in qua, circa quam, & ex qua*.
 3. *Stricte pro materia crassa*, quo sensu ea, quorum materia subtilis est, spiritualia vocantur, ut *spiritus vitales & animales, nemque species sensibles & alia*.
 4. *A medio modo pro materia interna*, quae dicitur *ex qua*, ut nunc.
- II. *Definitio*. Materia est causa interna, quae recipiendo formam constituit compositum.
- * Causandi ejus ratio est *potentia receptiva seu passiva, ab ipsa materia realiter non distincta*. Causalitas est respectu effectus fieri, *passio vel recepicio forma*. Respectu effecti in facto esse, est *unio vel forma substantia*. Effectus *eius vel causatum adaequatum, ut quod & primatum est compositum*. Inadæquatum ut quo & secundarius, forma materialis.
- III. *Divisio*.
- i. *Communiter*.
- Vel est Vel
- Prima, ex qua omne corpus naturale constat, ipsa ex nulla materia alia, vel, est cūjusque rei subjectum, ex quo insito aliquid fit & in quod ultimò resolvitur.
- Secunda, quae constat aliâ priori, ut *aurum materia statua. Lignum mensa*.
2. *Necessaria*, sine qua compositum fieri non potest, ut *farina panis*. Dicitur *adequata*.
- Arbitraria, non necessaria*, ex qua ita fit compositum, ut etiam fieri possit ex alia; ut *aurum poculi*. Dicitur *inadæquata*.
3. *Permanens, seu immanens*, quae essentialiter non mutata constituit compositum, ut *aurum poculi aurei*.
- Transiens*, quae essentialiter mutata rem constituit, ut *ex ovo fit pullus, ex semine homo &c.*
4. *Propinqua seu immediata*, ex qua proximè, non interveniente materia aliâ, constituit materiatum, ut *ex carne generatur vermis. Ex pane fit chylus*.
- Remota*, ex qua interveniente materia aliâ, constituit compositum, ut *panis est materia sanguinis*.

Senf.

Sensibilis, (*sensilis*) est materia habens qualitates sensibiles, ut *lignum* & *qua-*
que mobilis materia.

Intelligibilis, est quantitas vel magnitudo. *Alius*, eadē materia, quæ sensibi-
lis, sed considerata absque qualitatibus sensibilibus.

5. Alio sensu materia *sensibilis* est materia singularis, & *intelligibilis* materia com-
muniſ seu universalis.

Item materia *sensibilis* dicitur, quæ corporibus convenit. *Intelligibilis* im-
proprie, quæ etiam spiritibus competit.

CAP. II. DE FORMA.

I. *Homonymia*. Accipitur variis modis, *latissime*, vel pro quacunque *essentia*, na-
ra aut quidditate, quando cuique sua tribuntur forma & per formale suum ab alio
distinguitur. Vel quocunque termino alteri denominationem conferente, &
sic *formæ accidentales* formæ sunt, item differentiæ, quæ formæ sunt Metaphy-
sicae. Late pro quocunque considerandi speciali, sicut inde objectum dicitur
formale. Strictè pro causa exemplari, pro *formæ vel figura externa*, pro assistente,
pro materiali &c. Medio modo pro causa interna, qua *forma Physica* dicitur.

II. *Synonymia*. Dicitur *εἰδέχεια actus*, quia materiam actuat. Dicitur *species*,
quia compositum in certa specie constituit, seu quia speciosum materiæ est orna-
mentum.

III. *Quidditas*. Forma est causa interna, quæ informando materiam constituit
compositum. Communiter: Quæ dat esse rei.

* Ratio causandi ejus est potentia informandi seu actuandi ab ipsa forma essentiareali-
ter non distincta. Causalitas est informatio sive *unio ex parte formæ*. Effectus vel
causatum primarium est *compositum*. Secundarium materia & actuans vel infor-
mata.

IV. *Species*. Est *Forma Metaphysica* seu *Logica*, quæ est differentia rei, vel totius
compositi essentia, unde & *Tertia* dici solet.

Diversas. 1. *vel* *Physica*, quæ est verè proprie dicta forma & hujus potissimum
loci. Dicitur etiam *Partis*.

2. *Externa*, quæ est *exemplar*, i. e. idea artificis, juxta quam prudicit
opus. Seu externa rei effigies, quæ non est hujus loci.

2. *Interna*, sive *substantialis*, ut *physica*, sive *accidentalis*, quæ accidens est
& cum subjecto tanquam materia, constituit ens per acci-
dens.

3. *Affiliens* est *externum*, *moyens* aut *dirigens*, ut *nauta forma est navis*.

3. Quæ hic aliena, unde oportet & illa non sup. a libro
Informans, quæ informat & veram cum materia unionem habet.

4. *Totalis*, est forma omnes partes informans, ut *anima*.

Partialis, quæ unâ partē totius heterogenei informat, ut *forma cordis*.

Generica, quæ dat esse genericum, ut *anima sensitiva*.

Specificæ, quæ dat esse specificum, ut *anima rationalis*.

Numerica, quæ dat esse singulare, ut *hæc anima rationalis*.

Materialis, quæ immunis non est à materia commercio, sed ab ea dependet in fieri, esse & operari, ut sunt omnes *forma Phisica*, præter rationaleros.

vel

Immaterialis, quæ est immunis & dicto modo à materia non dependet, ut *anima rationalis*.

Q. Q.

Q. 1. *An denit materia in rerum natura existens substantialis* ? A. Omne enim corpus naturale est compositum ex materia & forma, & compositum quidem per se. Datur ergo materia, quæ non est accidens, ens constitutens per se, non per accidens. Deinde datur subjectum transmutationis substantialis, ast tale est in mundo & substantia est. Unde recte *Aristoteles*: Substantia est vel materia vel forma vel utraque compositum.

Q. 2. *An materia à priori dependeat à forma & existentia forma existat à N.* Materia enim naturā prior est forma. Et existit propriā existentiā, sicut proprium esse actuale habet ab esse formæ realiter distinctum, unde pereunte formā, non perit materia. Dependet quidem à forma secundā efficiuntur, non autem *absolum*.

Q. 3. *An forma materialis possit dici effectus materia secundarius* ? A. Quia forma materialis, hoc ipso quod est potentia materiæ deducitur, atque ab ea dependet in esse, fieri & operari, accipit suum esse à materia, ut in rerum natura existere possit propriā suā existentiā, ut id dicitur effectus causæ efficientis, quod ab ejus potentia activa dependet, ita effectus materiæ est, quod à materia potentia dependet, nam sicut efficiens per activam, ita materia per passivam instituit potentiam.

Q. 4. *An materia ergo causandi sit accidens realiter à materia distinctum* ? N. Quia 1. nulla ostendi potest ratio satis prægnans multiplicandi entia. Secundo sequentur varia absurdæ, si diceretur accidens, scilicet compositum per se fieret per accidens, si ejus constitutionem ingredieretur potentia, quæ esset accidens. Ut nihil dicam de progressu in infinitum, qui ex tali sententia sequeretur. Unde sicut potentia informandi in forma non est accidens, ita nec potentia recipiendi in materia, est enim utriusque pars ratio.

Q. 5. *An dentur formæ substanciales aliae, quædam formæ hominis* ? A. Nam 1. in aliis complicitis dantur operationes & actiones non solum accidentales sed & substanciales, quæ non nisi à principio actuali, radicali & interno substanciali provenire possunt. Illud autem non est materia, quæ non agit, sed patitur, unde

unde ablatâ illâ forma, cessant omnes actiones. 2. Nisi esset illud principium internum substantiale, totum compositum esset non per se sed per accidens. 3. Perit distin^ctio substantialis, vel essentialis, qua res seu composita à se invicem distinguuntur & tum non nisi accidentaliter distinguerentur. Unde sicut in homine materia informatur forma substantiali, quæ est principium operationum humanarum, ita quoque in bestia & in aliis rebus forma est quid substantiale.

Q. 6. An forma substantialis sit ipsa totius compositi essentia, idque ex mente Aristotelis? N. Arist. 7. Met. 10. t. 34. aliud dicit esse materiam, aliud formam, aliud totum compositum. Neque pars alteri parti realiter distincta potest esse tota compositi essentia, totalis compositi perfectio. Alias neque totum esset majus suâ parte.

Q. 7. An forma informet materiam ejusque respectu dicatur forma, an vero compositi sit forma? Resp. Licet suo modo utrumque dici soleat. Propriè tamen magis est materiæ forma, quæ tanquam informis actuatur & informatur, & in eam hoc fine introducitur.

Q. 8. An potentia informandi vel actiandi ab essentia forma realiter distinguitur? N. ut in q. 4.

Q. 9. An divisio forma in genericam & specificam sit generis in suas species? N. Quia una eademque à parte rei forma & genericum & specificum esse conferre potest, indeque nulla evidens multiplicandi necessitas.

Reg. ♂ Effata.

1. Ex nihilo negativè, i. e. non entenibil sit naturaliter.
2. Materia pura est potentia passiva, non actus formalis.
3. Materia non est sine forma, licet à forma realiter diversa.
4. Materia prima est ingenerabilis & incorruptibilis.
5. Materia prima in se est informis, potest tamen plures formas recipere.
6. Materia appetit formam. Appetitu naturali & insito.
7. Forma dat esse rei specificum & distinguere à priori. Et quod nobilior est, eo nobilius dare esse.
8. Quicquid est, per suam formam est. Secundum esse specificum, completum & ultimum.
9. Forma immaterialis est indivisibilis, in partes vel in gradus diversos intentionis. Materiam autem, sicut ad extensionem materiæ extenditur, ita quoque dividi necesse est.
10. Unius rei unica est forma, essentialis, specifica & totalis.

DE SUBJ. & ADJUNCTO: SIGNO, MENSURA & NORMA &c.

CAP. I. DE SUBJECTO & ADJUNCTO:

I. *Descriptio.* Subjectum est ens respectivum, cui aliquid, quod est extra essentiam ejus adjungitur, ut *homo*.

Adjunctum, ens resp., quod alteri extra essentiam adjungitur, ut *doctrina homini*.

* Extra essentiam dicitur omne id, quod extra primum rei conceptum est, sive sit substantia, ut anima corporis est adjunctum & in resurrectione corpus animæ, sive accidentis: sive a parte rei distinctum, sive idem sumeo, cum dicitur adjungi, sicut affectiones entis, & attributa DEI, adjuncta dicuntur entis & DEI. Extra primum autem conceptum sunt omnia, quacunque ad essentia constitutionem aut integratatem non pertinent.

Inhesionis cui adjunctum inhæret, tanquam accidentis, ut doctrina subjectum est homo.

II. *Divisio.* Inexistentia, cui inesset vel in quo intus existit adjunctum, sed non ut accidentis, ut *ens affectionum suarum subj.* est, *ferrum ignis, corpus anima*.

Est L. *Adhesionis*, quod adjunctum recipit ad se, ut *homo vestem*.

Subiectum: *Occupationis* Adequatum, quod æquè latè patens nec excedit adjunctum, nec ab eo exceditur, sicut *Metaph. obj. est ens reale & per se*. Quod rursus constare suo materiali ab initio Disp. I. vidimus.

Aut. vel objectum circumstancia quod adjunctū versatur, estque *Inadequatum separabile*, quod cum adjuncto æquè latè non patet, ut *elementis objectum sunt Physice, Substantia Metaphysica*.

Externum *Denominationis*, ut quod ultimum, medium, id est compositum, quod ab adjuncto denominatur, ut *homo doctrine*.

2. Est *Informationis*, ut quo, primum, immediatum, id quod est pars, vel quæcunqueratio compositi, quâ mediante adjunctum recipitur, ut *anima doctrine vel virtus est subjectum*.

Proprium, cui uni, soli, omni & semper convenit adjunctum, ut *homo capacitas discipline est subj.*

3. Est *Commune*, cui uni, soli, omni & semper adjutum non convenit, ut *homo albedinis*.

* Huc refer. 4. modos proprii, de quibus aliud in praedicabilibus, ut qui sunt tantum huius sit loci.

Adjuncti separabilis, quando adjunctum à subjecto re ipsâ naturaliter separari potest, ut à pariete albedo.

Adjuncti inseparabilis, quando adjunctum ita separari non potest, ut *aqua humiditatis est subjectum*.

* Tô modis & Adjunctum variatur. Unde aliud est interior, aliud externum, internum & inhærens vel inexistentia, extermal, vel adherens vel occupatum: Rursus aliud proprium, aliud commune, aliud separabile, aliud inseparabile &c. que ex dictis nota sunt.

DE SIGNO ET SIGNATO.

- I. *Ambiguitas*. Accipitur vel *Theologice* pro miraculo aut prodigo. Vel *Politice* pro vexillo militari. Vel *Astronomice* pro sidere coelesti. Ut XII. dicuntur signa Zodiaci. Vel *Metaphysicè* & generaliter, ut respicit suum signatum.
- II. *Quidditas*. *Signum* est ens respectivum potentiae cognoscitivæ aliquid repræsentans, ut *fumus ignem*. *Signatum* est ens resp. quod per signum potentiae cognoscitivæ repræsentatur, ut *ignis per fumum*.
- III. *Divisio*nes.
1. *Materiale seu instrumentale*, quod prius cognitum dicit in cognitionem signati, ut *fumus, hedera &c.*
 2. *Formale*, quod prius non cognitum deducit in cognitionem signati, ut *species, v.g. species coloris in oculo &c.*
 3. *Naturale*, quod suâ naturâ significat, ut *fumus*.
 4. *Arbitrarium*, quod significat ex arbitrio instituentis seu imponentis, ut *hedera, iris*.
 5. *Manifestativum*, quod manifestat tantum, ut *voces manifestant conceptus, sonus campana lectio*nem.
 6. *Suppositivum simil*, quod manifestat & simul pro signato ponit, ut *voces pro rebus ponuntur*.
 7. *Theoricum*, purè significativum, quod solum significat, ut *fumus ignem*.
 8. *Practicum*, simul exhibitivum, quod simul rem efficit, exhibet & obsignat, ut *baptismus regenerationem*.
 9. *Rememorativum*, quod est rei præteritæ, ut *S. Cena est signum passionis Christi*.
 10. *Demonstrativum*, quod est rei præsentis, ut *S. Cena signum præsentie Christi*.
 11. *Prognosticum*, quod est rei futuræ, qualia sunt in *Astronomia & Medicina frequentia*.
 12. *Notificans*, quod rem ignotam notificat, ut *fumus*. Dicitur aliás *Nota*, de qua jam.
 13. *Commonefaciens*, quod rei cognitæ memoriam conservat, ut *imago absentis amicorum*.
 14. *Obsignans*, quod rem confirmat & certificat, ut *Sacramentia sunt signa gratiae divine*.
 15. *Necessarium*, *tenues*, quò positi necessariò ponitur signatum, ut *fumus*.
 16. *Contingens*, eius, quo posito, signatum non necessariò ponitur, ut *mutilatum mendacis signum est*.
- IV. *Annexa seu Affinia*, sunt *TRIA: Nota, Imago & Typus*. Quid *Nota* sit, ex divisione signi 6. habetur. Proprietates ejus sunt 1. *Convenire notato*. 2. *Notatum certe ostendere*. 3. *Ei soli, omni & semper convenire adeoq; esse propriam*, & 4. *Notato esse notorem*.

In Imagine duo occurunt: 1. Quid? Resp. Imago est id, quod ad alius similitudinem procedit, vel exprimitur, ut statua est *imago Casaris*. Id cui simile est & in cuius similitudinem exprimitur, exemplar vocatur & imaginis correlatum.

2. Quotuplex? { Essentialis, quae infert similitudinem in essentia, sive numerica sive specifca identitatis, illa dicitur, nam omnes, ut *Filius Dei Patris est imago*. Hac nam omnes seu omnes, ut *filius hominis patris sui imago est*.

vel

Accidentalis, quae infert similitudinem solum in representando, ut homo est *imago DEI*, statua viri.

Resp. 1. Est { Aequalitatis vel perfecta, cui nihil deest eorum, quae habet exemplar, ita *Filius DEI imago est Patris*.

Imitationis vel imperfecta, quae quedam habet, quae exemplari sunt similia, sic homo factus *imago DEI*.

* Dicitur etiam aliud representationis, de quo in explicatione.

* Ratione rerum, quae sunt imagines, alia dicitur *creata* & *temporalis*, alia *in creatu* & *externa*: Alia *substantialis*, alia *accidentalis*: Alia *corporea*, alia *incorporea* &c. Quae cum ex ipsis rebus denominationem habeant, specialiorem explicationem non exigunt.

Typus est signum externum, rem occultam ex simili quodam adumbrans & describens, ut *Simeon est typus Christi*. Id quod representatur, dicitur *avtotype* vel *avtrivator*. Regulae ejus notabiles sunt: *Typi ad antitypum applicatio fiat accommoda*. Plus sapientia est in *typo*, quam in *antitypo* & contra. Plura *Gloss. Philol. Sac.* q. 314.

CAP. III.

DE MENSURA ET MENSURATO.

De Mensura & Mensurato. 1. Quid? Est id, quo quantitas rei cognoscitur, (quantitas vel molis vel perfectionis) ut *ulna panni*. Id cuius quantitas cognoscitur, dicitur *mensuratum*. Quod semper est *finitum* & *quantum*.

2. Quotuplex? { *Molis*, quae propriam quantitatem mensurat, ut *ulna*.

vel { 1. *Perfectionis*, quae analogicam mensurat, ut *homo* est *mensura bruti*.

2. *Adequata*, quae à quantitate mensurati non exceditur, ut *pes ligni pedalis*. Vel *inadequata*, quae exceditur, ut *pes ligni bipedalis* *mensura* est.

3. *Interna*,

3. *Interna*, quæ est ipsius rei essentia vel intrinseca quantitas, per quam certificamur de propria ejus magnitudine, *ut per extensionem Petri*, quantus sit Petrus. *Vel externa*, quæ extrarei essentiam est, cuius quantitatem mensurat, *ut ulna panni*.

CAP. IV.

DE NORMA ET NORMATORE.

Unum tene, sc. Quid sit Resp. Norma est mensura rectitudinem & veritatem rei di-judicans, *ut Scriptura fidei & morum, Logica Syllogismorum*: Id cuius rectitudo investigatur & dijudicatur, dicitur Normatum, *ut fides Scriptura, Syllogismus Logica*.

Q. Q.

Q. 1. An caro sit adjunctum τῷ λόγῳ? A. ex definitione.

Q. 2. An propria possint separari? A. Quia verè non repugnat.

Q. 3. An propria possint communicari? A. Ex eisdem repugnantiae defectu.

Q. 4. An omne signum sit externum & visibile? N. Datur enim formale, quod est internum.

Q. 5. An omnis norma debeat esse continua & adequata? ND.

AXIOMATA & EFFATA.

1. *Quicquid enim in actu, vel completo vel incompleto, constituto advenit, est adjunctum.*

2. *Subjectum est prius, vel natura vel nobis, adjuncto.*

3. *Proprium nec fit communione, nec alterius proprium, licet fiat communicatum.*

4. *Signum formaliter neque de re signata est essentia, neque de ea in casu recto praedicari potest.*

5. *Mensura sit certa, indivisibilis, mensurato proportionata eoque notior, quā talis.*

6. *Norma quā talis, sit certa, indivisibilis, proportionata & normata, quod mensurat, notior.*

CURS.

QUÆ EST PARTIS SPECIALIS PRIMA, DE SUBSTANTIA IN GENERE.

Scilicet pars specialis Metaphysices, sub divisione entis in substantiam & accidentem.
Quænam enim ens vel substantia est vel accidentis. De substantia notanda sunt

- | | |
|---|--|
| <p>I. NOMEN
ubi Duo.</p> | <p>1. <i>Etymologia.</i> Dicitur substantia à <i>substantio</i>, quia substans accidentibus, vel quasi accidentibus, adeoque quibuscunque praedicatis extra essentialibus, quo sensu & DEUS substare dicitur praedicatis suis denominativis, quamquam denominatio non semper fiat ab eo, quod omnibus est commune, cum possit fieri à potiori, sicut non semper fit ab essentialibus.</p> <p>2. <i>Homonymia.</i> Accipitur vel latè sive pro <i>omni ente</i>, quo sensu <i>Augustinus</i> ait; quod nulla substantia est, ne est quidem: Sive pro <i>quacunque essentia</i>, ut in anteprædic. Sive pro <i>quocunque subiecto</i>, quod suas affectiones habet, quo sensu <i>Aristot.</i> quantitatem vocat substantiam. Vel strictius <i>pro supposito</i>, ut secundum Græcos substantia dicitur <i>ὑπόστασις</i>. Vel medio modo & strictè, ut hoc in loco.</p> |
| <p>II. QUID SIT? Resp. Substantia est ens per se subsistens. Vel <i>negative</i>, non existens in alio, tanquam subiecto inhaesione, quod ad sui naturalem sustentationem requirat. <i>Brevius</i>, alteri non inhaerens.</p> | <p>* Definitum est substantia ut sic & transcendenter accepta, neque infinita vel finita, neque completa vel incompleta &c. Non predicamentalis, que requiri esse finitum & completum. Generis locum tenet ens. Differentia tamen per se subsistere, que vox hic latius accipitur, quam infra in membro V. ubi soli supposito convenit, hic omni substantie, & nihil aliud est quam vis illa vel virtus nostra substantialis, que non indiget alio, cui inhaerat, vel à quo subiectivè & naturaliter sustentatur, ut esse possit in rerum natura. Sicut negative quo ad eos explicari solet, ut timor à parte rei ejus ratio formalis sit & maneat verè positiva.</p> |
| <p>III. Proprietates ut sunt</p> | <p>1. <i>Non esse in subiecto</i>, inhaesione scilicet possit esse in subiecto prædicationis vel inexistentiæ.</p> <p>2. <i>Non habere contrarium</i> scilicet per se & contrarium propriè & perfectè dictum, licet habere possit latè dictum, <i>dissparatum</i> scilicet ratione etiam qualitatum, adeoque per aliud.</p> |

3. Non recipere magis & minus, per se & ratione sui. magis & minus absolute & strictè dictum.
4. Sustinere contraria, successivè tanquam subjectum quod & ultimum, ita ut substantia numero eadem maneat. Quæ tamen proprietates non sunt omnes querit modi.

IV. QUOTUPLEX? Resp. Est 1. vel forma vel materia vel compositum 7. Metaph.

c. 3.

Spiritus (immaterialis & incorporeus) sive infinitus, ut DEUS, sive finitus, isque rursus vel completus, ut Angelus, vel incompletus, ut anima. De quibus in seqq. Dissert.

2. Vel

Corpus, substantia materialis, quæ non est expers materiae, sed latè vel materia est vel à materia dependet, vel, quæ constat ex materia & forma, tanquam partibus essentialibus Physis.

Completa, quæ non habet esse terminatum ad aliud, ut homo, vide ens completum.

3.

Incompleta, quæ habet esse terminatum ad aliud, ut pars hominis, vid. ens incompletum.

Prima, quæ nec in subiecto indeps. est, nec de subiecto pradicatur, ut substantia singularis, Petrus, Paula &c.

4.

Secunda, quæ in subiecto indeps. non est, de subiecto a. pradicatur, ut subst. communis, homo, animal.

V. SPECIALIA substantia prima N OMINA pro vario ejus & multiplici statu.

Vocatur.

1. Singulare & individuum, quia in alia inferiora non est divisibilis, neque eis communicabilis.
2. Hoc aliquid significans, nō dē tu, aliquid sc. singulare, completum & substantiale.
3. Suppositum, quod est substantia completa incommunicabiliter subsistens. Vel ab omni alia independenter subsistens, independentia actuali & aptitudinali.
- *. Suppositum accipitur vel concretive & materialiter, ubi est substantia &c. Vel abstractive & formaliter, ubi à posteriori concipiatur per incommunicabilem subsistentiam, à priori per negationem duplicitis.

*duplicis dependentia, actualis & aptitudinalis, quā suppositum ita in se
habet esse ultimō terminatum, ut quatenus tale, neque actu possit depen-
dere vel terminari & sustinari ab alio, cum quo unitur, neque dicat
inclinationem & naturalem propensionem ad dependentiam talem. Dum
dicitur 1. substantia, excluditur accidens, qua non tam suppositum, quam
appositorum est. 2. completa, excluduntur partes, etiam ipsa anima
separata, qua in statu separationis esse incompletum regnet & ad uniuersum
cum corpore propendet. 3. Incomm. vel independenter subst. exclu-
duntur universalia, essentia divina, ut sic, ut & humana natura,
illa enim communicabilitatem, hac dependentiam habet.*

4. *Persona*, quæ est suppositum intelligens, ut *Gabriel*, *Michael*, *Petrius*
&c. Cū enim suppositum aliud sit increatum, aliud creatum, O. incre-
tum est persona. Creatum, ex ipsis vel vivens vel non vivens, vivens vel
intelligens, intelligens vel humanum vel angelicum, Omnes intelligens pe-
sona est, ut suppositum & persona non differant, nisi materialiter.

5. *Hypostasis* subsistentia, quæ nihil aliud est, quam persona vel suppo-
situm. Neque enim hie sicut alias aliquando, essentiam notat, unde
Latini Patres vel timide vel plane non dixerunt tres hypostases in divinis
cum Græcis.

* *Hypostasis* latine subsistentia dicatur & non vobis seorsim à subsistendo & frequentium
abstinenti capitur pro ultimo subsistendi complemento. Sicut persona &
suppositum frequentius concretive pro ipsa natura, ultimo terminata & inde-
pendenter subsistentes.

三

- Q.** 1. *An Metaphysica possit descendere ad species emis? A.* De illis, quae sub abstractione Metaphysica considerari possunt, ut sunt substantiae spirituales, quas ut Metaphysicus explicet, nihil repugnabit.

Q. 2. *An adequate ens dividatur in substantiam & accidentem? A.* Opponuntur enim ita, ut ad terminos contradictorios referri possint, qualia opposita esse medium excludant.

Q. 3. An divisio entis in Substantiam & Accidens sit univoca? AD. Si univocum accipitur latè, ut in antepred. concedo, *Sin strictè*, ubi analogum mediat, nego. Tum enim analogum est, quod secundum rem & rationem non ex aequo communicatur inferioribus, sed per prius & posterius seu per dependentiam tunc ab altero, jam autem accidens in essendo dependet à substantia, & mediante substantiâ entis rationem obtinet, unde & entis ens appellatur, hâc E. ratio ne analogia obtinet. Et licet illa dependentia & inæqualitas in ipso præciso entis conceptu non deprehendatur, quod neque in analogo necesse est, sicut nec in univoci præciso conceptu deprehenditur æqualitas, sufficit, quod inveniatur in ejus ad inferiora habitudine & comparatione. *vid. similis q. Disp. V. q. 2.*

Q. 4. An per divisum intelligatur ens predicamentale? N. Aliás excluderetur tum DEUS tum anima separata, ut nihil dicam de aliis.

Q. 5. An substantia sit prima res? Vel, quicquid rem primam intrinsecè constituit? Vel, quod primo propter se à natura intendatur? N. contra Arriagan, Oviendum & alios recentiores, qui reliktâ communi descriptione substantiae & accidentis ita describunt, ut modò dictum, substantiam, sicut per oppositum accidentis, quod nec prima res sit, nec primam rem intrinsecè constituit & à natura intendatur propter aliud. Quibus descriptionibus potius discriminantur compositum & partes componentes, quam substantia & accidentis. Compositum enim non tam constituit, quam constituitur. Et cujus rei primæ ipsa Dei essentia erit intrinsecè constitutiva? A qua natura intenta? Quam tamen si substantiam negaverint, nobilissimam substantiam & id quod maximè substantia est, negabunt. Quid dicemus de natura humana in Christo propter aliud creata & primò intenta à natura naturante, an accidentis erit? An partes, quia sunt propter aliud, formæ sc. substantiales, ad accidentium classes abibunt? Relictis igitur hisce inadæquatis substantiae & accidentis descriptionibus, communem tuebimur in th. th. descriptam. Neque moventur illis difficultatibus, quibus premi videtur, cum varios errores supponant, unde facile liberari possunt.

Q. 6. An suppositum & natura idem sint? Resp. In substantia prima duo inveniuntur, natura singularis, ratione essentiae quidem seu in esse specie & intrinseco, & quoad actum primum completa, ratione autem specialis subsistentiae & quoad actum ultimum per suppositalitatem seu subsistentiam complenda; & suppositum, ultimum illud naturæ, ut vocatur, complementum, quod in creatis à natura differe realiter, in divinis ratione.

Q. 7. An substantia sit genus suppositi? N. Suppositum enim formaliter & abstractive seu naturæ contradistincte, indirecte est in prædicamento substantiae.

tia. Deinde 2, realiter differt à substantia, quæ autem ita sese habent, illorum genitus substantia dici non potest.

Q. 8. *An formaliter suppositum natura singulari creare addat quid positivum, an negativum?* Resp. Non mindes nihil addi à parte rei censent. Thomista pro positivo pugnant. Scotista pro negativo, qui existimant, præter necessitatem adduci positivum, cum ad rationem totius suppositi sufficiat natura singulari completae negatio duplicitis dependentiarum actualis & aptitudinalis. Quæstio autem non est vel de in creato supposito. Vel de distinctione reali. Vel de modo concipiendi nostro. Vel de complemento intrinsecorum ratione substantiarum. Sed de eo, per quod formaliter in esse suppositi constitutatur. Resp. Quousque nobis necessitas entia multiplicandi non fuerit ostensa, Scotistarum partes defendemus. Plura in explicatione.

Q. 9. *Qui differunt suppositum & persona?* Resp. In formaliter conveniunt. In subjectis seu materia differunt, dum non omne suppositum vocatur persona, sed tantum intelligens, differunt ut latius & angustius, ignobilius & nobilis.

Q. 10. *An per Essentiam in definitione suppositi addatur Tò singulare?* A. Quia, ubi est incommunicabiliter subsistens, ibi est esse singulare, ut Tò incommunicabile supponat & inferat singulare.

AXIOMATA ET EFFATA.

1. *Substantia per se, primò & inmediate, non occurrit in sensu.*
2. *Omnis substantia prima & completa subsistit, subsistentia vel propriæ, vel alienæ.*
3. *Substantia creata, in differente est ad proprium vel alienum suppositum, non repugnat alio dependere, & sibi relicta, potest ex se independenter subsistere.*
4. *O. persona est suppositum. O. suppositum est substantia. Sed non contra. Neque totum substantiam, quæ sunt personæ, nisi in creatis.*
5. *Actiones & passiones sunt suppositorum, sc. in concreto, tanquam principiorum ut quod & ultimæ denominatorum.*
6. *Essentia, adequate & secundum totam rationem communicabitur, communicabitur personæ.*

CURSUS MEZAPPI. DISP. XV.

QUAE EST PART. SPEC. SECUNDA DE DEO.

DEUS consideratur 1. ratione essentie. 2. ratione denominationis extrinsecae, relata ad creaturas. 3. Quoad actiones intrinsecas. 4. Quoad denominatio[n]is intrinsecas.

- I. *An s[ic!] & datur Deus?* A. A cognitione & existentia creaturarum assurgimus ad cognitionem & existentiam Creatoris, argumentantes ita: *Si datur ens factum, datur etiam non factum.* Sed prius est. E. Consequentia est firma, nisi admittendus sit progressus in infinitum. Accedit communis omnium consensus & testimonia conscientia nostrae, cui ipse Deus sui existentiae cognitionem inscripsit.
- II. *Quid s[ic!]?* Resp. Est spiritus simpliciter independens.
* Describitur per conceptum communem & proprium. Communi dicitur spiritus, loco genericis. Proprio dicitur simpliciter independens, quia independentia nostro concipiendi modo est primus Dei conceptus, i.e. ratio illa constitutiva, qua Deus in esse Dei constituitur, quaque reliquorum attributorum omnium, quasi radix, origo & principium est. Si est spiritus, supponitur substantia & quidam incorporeus & invisibilis. Si substantia, ens, si ens, ut unum, verum, bonum, &c. Ens, substantia, spiritus, in & independentia, predicata sunt quidditativa & synonymica.
- III. *Quales s[ic!] intrinsecè & absolute?* Resp. Infinitus, immutabilis, simplex, intelligens, volens & omnia potens.
 1. *Atributum est infinitus.* Quae est vel 1. ratione essentia & essentialium perfectionum, quia ejus essentia essentialisque perfectiones non possunt certis limitibus circumscribi, quia independens est. Vel 2. ratione durationis, quia neque principium neque finem admittit & aeternus dicitur. Sicut enim se habet in essendo independenter, ita quoque in durando. Vel 3. ratione presentie, quia nullo loco vel spatio terminari potest & immensus dicitur. Quod enim independens, infinitum & immensum perfectum est, id immensum est. Vel 4. ratione potentie, quia nihil ei est impossibile, de quo intra.
 2. *Immutabilitas*, quia sicut in essentia & essentialibus perfectionibus, ita quoque quoad locum, scientiam & voluntatem mutari non potest. Quod enim à nullo alio dependet, quodque omnium est perfectissimum & simplicissimum, quod aeternum & infinitum est, illud neque à parte ante, neque à parte post, neque ab intrinseco, neque ab extrinseco principio, mutationem admittere potest, adeoque simpliciter immutabile est.
 3. *Simplicitas*, quia ab omni reali partium unione vel compositione immunis est. Quia à nullo alio dependet, & tanquam actus purissimus omnem potentialitatem passivam excludit.

4. I. t. ill.

1. *Objectum*, quod est omne scibile : cognoscitse & omnia alia , praesentia, præterita & futura, etiam nonfutura, non entia , entia rationis &c. dicitur *omniscientia*.
2. *Modus*, cognoscit, non per discursum , per compositionem & divisionem , per species, aut per experimenta, qui modi agendi imperfectionem infunduntur. Sed uno actu intuitu, immutabiliter & perfectissime omnia.
3. *Species*. { *Simplex*, quâ pure & nude objectum cognoscitur, ita & Est 1. } *mala*, DEUS intelligit.
- { *Approbationis*, quâ simul res cognita approbatur, ita bonum intelligit.
2. *Visionis* ; quâ DEUS cognoscit res sub certa temporis differentia, quia ratione futuronrum dicitur *præscientia seu prævisio*.
- { *Simplicis intelligentia*, quâ cognoscit res ut pure possibles.
3. { *Theorica*, quâ res cognoscitur sine operatione aut decreto res producendi, ita fertur *circa possibilia*.
- Præctica*, quâ cum decreto voluntatis rem producendi est conjuncta.
1. *Objectum*, quod est omne verè bonum sive increatuum sive creatum.
2. *Modus*, vult se & suam bonitatem, nec non creaturas quoad esse possibile, necessario & immutabiliter. Creaturas autem quoad esse actuale, Voluntate efficaci, libere.
3. *Virtutes*, quæ in ejus voluntate per modum habitus concipiuntur, sunt *justitia, misericordia, veracitas &c.*
3. *Volumta*, ubi
4. *Species*. { *Arcana*, quam DEUS non revelavit, dicitur *beneplaciti, abscondita & imperscrutabilis*.
- Est 1. { *Revelata*, quam revelavit, dicitur etiam *signi*, quia per signa revelatur, qualia sunt: *præcipit, ac prohibet, permittit, consulet, implet*.
2. { *Absoluta*, quâ DEUS simpliciter aliquid vult sine conditione, & si efficaciter vult, dicitur *efficax*.
3. { *Conditionata*, quâ DEUS sub conditione aliquid vult, dicitur alias *inefficax*, quanquam inadæquate.
3. { *Antecedens*, quâ aliquid vult, nulla habita ratione circumstan-
- tiarum.
- Consequens*, quâ vult aliquid habita ratione circumstantiarum.

1. *Quid?* Resp. Est principium operativum illimitatum, quo Deus formaliter potens dicitur facere omnia, quæcunque sunt possibilia & nullam continent imperfectionem.
2. *Obiectum.* Est omne id, quod est possibile, nullam scilicet includens vel repugnantiam vel impuritatem.
6. *Potentia,*
ubi.
3. *Species,* *Ordinaria*, quâ servat ordinem causarum secundarum & leges constitutas.
1. *Extraordinaria*, quâ non servat vel ordinem illum vel leges.
2. *Ordinata*, quâ dicitur posse cum ordine ad attributum aliud, ut pios potest salvare
Absoluta, quâ potest aliquid sine respectu ad attributum aliud, ita omnes homines potest salvare.
- IV. *Qualis sit relatio ad creaturas?* Resp. Creator, Conservator & Gubernator, seu omnia in omnibus operans. Inde
1. *Creatio*, quæ communiter dicitur productio rei ex nihilo. Vel, est actio Dei transiens, quâ esse creaturæ producit ex nihilo.
 2. *Conservatio* est illius productionis permanens, vel actio Dei transiens, quâ Deus esse creaturarum per verum influxum conservat, Cui opponitur *annihilationis*, quæ est influxus illius conservativi subtractio.
 3. *Concursus seu cooperatio*, quâ cum creaturis operatur in effectibus earum prudendis.

Q. Q.

- Q. 1. *An DEUS lumine naturæ cognoscit posse?* A. in th. th. Quod & Paulus assertit Rom. cap. 1. &c. 2.
- Q. 2. *An DEUS definiri posse?* N. contra quosdam Scholasticos & recentiores. Dum enim neque genus agnoscit, neque differentiam, definiri non potest: omnis differentia est positiva, quale positivum illi hactenus assignare non potuerunt. Neque genus habet, esset alias species & in certa prædicamenti serie, adeoque multiplicabilis, quæ omnia vana & absurdæ. DEUM ergo infinitum illud essentia & bonitatis pelagus, certis ingenii nostri continere terminis, est inde inexhaustum transfundere in scrobiculum.
- Q. 3. *An a seipso potius quam independentia si proprius DEI concepimus?* N. Ut utrumque negativè falso à nobis concipitur, ita utrumque negat esse ab alio, & æquè latè patent, ut neutram altero sit superior aut latius. Hinc negamus sensum hunc causalem: DEUS est independentis, quia est à se, eadem ratione possem dicere: est à se, quia dependet ab alio.
- Q. 4. *Quomodo attributa DEI tum ab ipsa essentia, tum inter se distinguantur?* Resp. Non nisi ratione ratiocinata, omnia enim, quæ in DEO sunt, ipsa sunt à parte

- à parte rei essentia divina, quæ simplicissima omniem respuit compositionem realem.
- Q. 5. An DEO repugnet compositionis esse & essentia, natura & supposito ? N.
Quia absque imperfectione talia componentia in DEO distingui & componi possunt.
- Q. 6. An Deus possit esse finitus vel in essentia, vel scientia, vel potentia &c. ? N.
Quia alias non esset independens, summæ perfectionis, adeoque vere Deus.
- Q. 7. An & qualis DEO competit vita? Resp. DEUM vivere, testantur omnes actiones. Vita autem Dei non est physica, quia vegetetur, nutritur &c. Sicut dicti solet principium activum agenerationis per intus assumptionem. Sed intentionalis & intellectualis, quia vitam vivit intellectualem, unde & operations sunt intellectuales, cognitio & volitio.
- Q. 8. An deatur DEI scientia medius, quia DEUS cognoscat rem sub conditione futuram ? A. Quia tale objectum futurum conditionatum est scibile & cadit sub objectum scientiae DEI vid. Calov. Tom. 3. p. 316.
- Q. 9. An DEUS quedam velit voluntate signi, quia nolle voluntate beneplaciti? N.
DEI enim voluntas sibi non contrariatur.
- Q. 10. An DEUS vere concurred cum creaturis ? A. Non DEUS omnia agit absque creaturis, quod contra ipsam experientiam. Non creature se solis agunt, sed dependenter a DEO, cuius concursum & influxum ut in essendo, ita quoque in operando tam necessario requirunt, ut ne esse quidem possint sine eo, nedum agere.

AXIOMATA ET EFFATA.

1. O. Substantia spiritualis est expers quantitatis, immobilitate physico, ingenerabilis & incorruptibilis.
2. DEUS est omnia in omnibus, permeat omnia, transcendent omnia, continet omnia.
3. Nihil est in DEO, essentialiter, propriè & formaliter, quod non est ipse DEUS.
Non quod in eo est impropriè, effectivè, objective.
4. Voluntas DEI est immutabilis, post factam scilicet determinationem & ius sensu composite, non ante & in sensu divisionis.
5. Voluntas DEI est liberrima, non in se & intrinsecè aut scilicet composito. Sed prout terminatur ad creaturas.
6. DEUS omnem potentiam passivam respuit, quia infert imperfectionem & dependet.
7. Creaire est prodicere ex nihilo. Nihilo vel negatione, vel indispositione.
8. Conservatio est continua creatio.

QUÆ EST TERTIA PART. SPEC. DE ANGELIS.

Secunda species substantiæ spiritualis est Angelus, ubi generaliter tenenda sunt QUATUOR. Namirum.

- I.
- 1. Επωνομοσία. Vox angelus est origine Græca, nomen non naturæ sed officii, δητὸς ἀγρέλειν, notat missum, sed non semper ad servitium.
 - NOMEN. 2. Ομωνυμία, usurpatur de hominibus, ita Sacerdotes, Job. Baptista &c.
 - ubi dicuntur angeli. De spiritibus, etiam increare, Filio sc. DEI.
 - 3. Συνώνυμία, Angeli vocantur ministri & flamma ignis: Elohim, Deus, astra matutina, exercitus caeli, demones, intelligentia &c.
- II. DEFINITIO: Angelus est spiritus dependens vel finitus & completus. Addunt, à corpore independens. Addunt, à DEO creatus, ut ipsum celebret & ei inferiat.
- * Genus est Spiritus. Et sic supponitur substantia, ens &c. Differentia specifica dicitur latet, adducuntur affectiones, & dicitur finitus, quo differt à DEO. Completus, quo ab anima discriminatur.
- III. ATTRIBUTA. Dicuntur simplices, incorruptibles, toti in toto, sive in quavis parte spati, & ab aliis distincti. Unde consideranda.
- 1. Simplicitas.
 - 1. Ex materia & forma, quia sunt essentiae spiritualis.
 - Non sunt 2. Ex partibus quantitatibus seu integrantibus, quae constituunt corpus compositi integrum.
 - Sunt com-
positi com-
positione
 - 1. Ex subjecto & accidente, dantur enim in illis vel virtutes vel vitia, adeoque habitus verè accidentia.
 - 2. Ex genere & differentia, quia ponuntur directè in prædicamento substantiæ.
 - 3. Ex esse & essentia, quæ sicut alibi, ita & in Angelo distinctè concipi & conjungi possunt.
 - 2. Immortalitas vel incorruptibilitas, nullum enim in se & sua natura continent principium corruptivum, indeque ex se non desinentes aevò durant. Licet enim in tempore creati initium habeant, quia tamen carent fine, à parte post æternitatem habent, quod est durare aevò.
 - 3. Presentia est definitiva, qua spiritibus creatis debetur, ubiunque enim est Angelus, ibi totam habet essentiale suam perfectionem, adeoque totus est in toto & totus in qualibet spatii parte, quod est definitivè adesse & imparabiliter.
 - 4. Distinctio. Distincti inter se sunt adeoque plures, immo magnus eorum numerus, nobis tamen indeterminabilis. Utrum autem omnes tantum numero, an verò specie differant, latet, utrumque est possibile, neutrum certum. Probabilius tamen videtur, sicut probabile est dari inter eos gradus & ordines, ex Col. I. 6. quosdam distingui specie, quosdam tantum numero, ut sub eadem specie contingantur.

IV. ACTUS, quorum 4. sunt: *Intellectio, Volitio, Locutio & Motus.* De quibus nunc.

1. *Intellectio,*
ubi occur-
runt cogni-
scendi

1. *Principium*, quod vel radicale, quod est ipsa essentia angelica. *Vel* formale & ut quo, quod est intellectus, species intelligibiles & habitus intellectivi. *Speciebus* indiget ad cognoscenda distantia & materialia, quæ, cum in substantia cum intellectu uniri non possint, unitur in specie. *Habitibus* autem, ne in intelligendo aberret.

2. *Volitio,*
ubi eadem
occurrunt

2. *Objectum*, intelligit DEUM, seipsum, Angelos alios, homines, animas separatas & alias res naturales. Etiam futura ex certis causis dependentia, & cogitationes cordium nostrorum per externa signa conjecturaliter. *Non autem futura pure casualia, non* motus aut intentiones animi interiores, nullis externis signis significatae.

3. *Locutio*, qui actus certus & necessarius est ad communicandos mentis sue conceptus. Incertus autem modus, licet in eo investigando maximè haec tenus Dd. desudarint, de quo alibi.

4. *Motus*, potest enim movere r. seipsum, adeoque de loco in locum progressi, & producere motum localem, licet non Physicè, ut motus iste fiat vel à forma sive principio Physico, vel in subjecto ex materia & forma composito divisibili. Potest move 2. alia & assumere corpora, in quibus actiones quasdam exerit. Potest 3. producere accidentia spiritualia, sc. species intelligibiles, non autem materialia, vel substantiam sive spirituale sive corpoream.

Q. Q.

- Q. 1. *An Angelorum existentia ex lumine naturae evidenter probari possit?* N. Ex Scriptura certò, ex ratione satis probabiliter, contra *Saducos & Atheos*, quibus annumerantur *Libertini*, *Anabaptista & Quackeri*. Ast ex lumine naturæ nullum argumentum hactenus adduci potuit, quod evidenter & infallibiliter eorumdem ponat existentiam. Quicquid *Thomas* dicat de ordine & perfectione mundi. *Suaresius* de possibiliitate. *Banesius* de hominibus arreptitiis & obsessis. *Scheiblerus* de effectibus antequam extiterint animæ.
- Q. 2. *An sint substantia?* A. Ex nominibus & operationibus eorum personalibus, nec non ex eorundem natura & perfectione, perfectione humana majori.
- Q. 3. *An sint spiritus? an corpora?* A. prius, *Ebr. I. 14. Psalm. CIV, 4. Math. VIII, 16.* expressè vocantur *meipæcō*, spiritus, qui carent quantitate, ut integræ legiones possint esse in uno homine *Marc. V. 9. Luc. VIII. 30.* & nomine *tāv ἀρεγτας* invisibilium veniant *Col. I. 16.*
- Q. 4. *An fuerint creati ante creationem mundi?* Resp. Ex ratione constat, ipsos non esse æternos aut infinitos, quando autem cooperint esse, ignoratur. Ex Scriptura autem licet neque certus productionis dies exprimatur, ipsos tamen simul cum aliis creaturis intra Mosaicum hexaëmeron, quam ante illud, creatos esse, probabilius erit, quia illa non nisi unius creationis meminit, *Gen. cap. I. & II. Exod. XX. 11. &c.* quia omnia finita cooperunt esse, etiam in cœlis existentia, invisibilia *Col. I. 16.* ita ut nō ante mundum conditum æquipolleat æternitati, sicut de λόγῳ dicitur, quod fuerit ab initio & antequam creaturæ extiterint. *Joh. I. Prov. VIII. 23.*
- Q. 5. *An cuivis hominum peculiaris quispiam assignatus sit Angelus?* Resp. Ita Patres quidam, ita adhuc plures statuunt alii. Aut ad minimum, si non cuivis promiscue, tamen cuique fidelium suum tutelare & peculiarem assignatum Angelum, censent è Patribus multi, quod tamen neque ex ratione neque è Scriptura doceri potest, quin potius hæc plurium meminerit, quando describit Angelorum curam in curandis & defendendis piis & fidelibus, ut *Psalm. XCII, 1. Luc. XVI. 22. cap. XV. 20.* adeo ut, sicut plures mali infidianter homini uni, ita plures bonos tutari unum, planè probable sit, licet & illud possibile.
- Q. 6. *An intellectus angelicus ab essentia realiter differat & vere accidentis sit?* Scoti

tis negant. Thomista affirmant. Durandus existimat in homine quidem intellectum ab essentia animae diffire, sed non in Angelo. Nos cum Scotis, dum non videmus necessitatem multiplicandi entia vid. Disp. sequ.

- Q. 7.** An Angeli interiores mentis nostra actus aut cogitationes, qua per signa externa non produntur, possint scire, & intuitu cognoscere? Neg. Quia hoc solius Dei est. Et speciale privilegium est naturae liberae vel manifestare vel occultare secretiora animi.
- Q. 8.** An Angelis possint producere substantiam? N. Per se. & ex sua natura Physicè neque possunt creando, quod est solius DEI. Neque generando, quod est corporis, siquidem Angelus talis effectum, qui est corporeus, neque formaliter neque virtualiter aut eminenter in se continet.
- Q. 9.** An Angelis vere comedant? N. Ad veram comedionem requiritur organon corporeum, quod per veram masticationem (ubi simul sensatio est & dijudicatio sensualis saporis) & verum motum à principio vitali provenientem, cibum demittit & trahit ad ventriculum, qualia cum in Angelum non cadant, comedio est ipsorum apprensio, sicut Tob. XII. Angelis ait, videbas quidem vobis comedere &c. conferatur disp. XVI. Coll. Philo-Theos.

AXIOMATA ET EFFATA.

1. *Spiritus creatus finitus est in essentia & attributis.*
2. *Spiritus creatus dependet a DEO, adeoque ab externo corruptibilis est.*
3. *Angeli sunt potentes, sed non omnipotentes, scientes sed non omniscii, quia attributa habet finita.*
4. *Angelus creaturarum nobilissima, quia ut maximè simplex & completa, maximè DEO assimilatur.*
5. *Angelus non producit Angelum. Spiritus enim ingenerabilis & incorruptibilis est.*
6. *Angelus neque generat, neque essentialiter transmutat substantiam, ut ex hac specie migrat ad aliam.*
7. *Plures Angeloi in uno possunt esse ubi, & unus in pluribus ubi inadequatis, atque uno adequo perfectioni sc. sua.*

Qua est part. spec. quarta.

DE ANIMA SEPARATA.

- I. *Quid?* Resp. Anima separata est spiritus dependens vel finitus incompletus à corpore quidem suo sejunctus, ad id tamen naturā ordinatus, ut ei unitus constitutus hominem.
1. *Spiritualis dicitur natura vel essentia*, & hoc ipso supponitur *substantia*, ens unum, verum, bonum, sicut supra dictum de DEO & Angelis. Essentia illius spiritualitas relinquitur *tum ex Scriptura*, quando scil. Christus Luc. XXIII, animam suam Domino commendandam vocat *Spiritum*: *Tum ex ratione*, quia ei modus convenientis operandi immaterialis seu à materia independens, qui excedit omne corporeum & necessariò requirit principium spirituale, sc. is est intellectualis, qui perfici potest absque omni corporeo organo, ut in Deo & Angelis manifestum est. Ne ergo operandi modus toto genere sit præstantior modo essendi, necesse est animam esse spiritualem.
 2. *Finitus*, licet enim à parte post ex se & sua natura, quia immaterialis est, non sit corruptibilis, adeoque careat fine, indeque aeo duret, tamen cum principium habeat, finitus est una cum Angelo. In quo à DEO differt, eius esse non finitum sed infinitum.
 3. *Incompletus*, essentiam enim suam non mutat, sicut mutat statum. Sicut ergo in statu unionis naturam & essentiam habet ad alterius complementum ordinatum, quod ipsum esse incompletum constituit, ita quoque eandem tenet in statu separationis, sicut additur, *ad id naturā ordinatus &c.* Sicut enim omnes formæ naturalem habent appetitum ad informandum corpus, ita quunque hæc forma hominis istum appetitum non deponit, vel deponere potest, quia ille nihil aliud est à parte rei, quam ipsa animæ natura vel essentia, tantummodo concepta per modum propensionis & desiderii boni naturæ suæ convenientis. Et sic dum manet ens incompletum, non sit vel suppositum, vel persona.
- II. *Quæ anima in separationis statu attributa & qualitates erant?* Resp. Eadem quæ ei in statu unionis secundum esse absolutum competunt, dum huic statui non repugnant. Retinet enim ea omnes potentias & facultates, habitus & species intelligibiles.

Retinet 1. *Omnes potentias, vegetativas, sensitivas & intellectuales. De intellectu-*
libus non est dubium, essent enim animæ aliæ neque intelligentes neque
volentes, atque sic neque viventes & per consequens post hanc vitam
neque superstites. De vegetativis & sensitivis plures negant, ast sine pre-
gnanti satis causa, ut in qq. vid. Si enim potentia istæ neque inter se se ne-
que ab anima realiter differunt, necesse est cum anima semper insepara-
tim manere in quocunque statu.

Retinet 2. *habitus vel infusos, vel hac in vita acquisitos illique statui non repu-*
gnantes, neque ulla dari potest ratio, cur eas artes, scientias aut virtutes,
quas hic didicit, amplius scire nequeat; Licet actus & exercitium illuc
non semper & in omnibus requiratur, à negatione tamen actus ad negatio-
nem potentia N. V. C. Loquimur de illis habitibus, qui statui illi non re-
pugnant, quando enim anima ad statum gloriosum translata fuerit, vicio-
sos & impuros utique deponet, retentis tamen puris & convenientibus.

Retinet 3. *species intelligibiles, ut mediantibus illis eorum, quæ hic gesta sunt,*
recordari possit, Luc. XVI. Sap. V.

III. *Qui anima separata tribuanur actus?* Resp. Generaliter 4. *Cognitio,*
volitio, locutio & motus. Qui, sicut diximus eosdem convenire Angelis,
ex præc. Disp. intelligi possunt. Nam eodem modo.

1. *Cognitionis principium quo & formale est intellectus, quod & radicale autem*
anima. Objectum, DEUS, Angelus, illa ipsa & animæ aliæ separatæ, &
quæcunque in his fuerint, quoisque ejus vim intelligendi naturalem non
excedunt. Modus cognoscendi, cùm omnia immediate & intuitivè co-
gnoscere non possit, erit discursus, ut sicut hic, ita illuc cognoscat per
compositionem, divisionem & discursum.
2. *Volitionis principium formale est voluntas, radicale itidem anima. Objectum*
est omne bonum, quod sub ratione convenientiae & bonitatis appetit.
Modus est liber, libere enim bonum appetit, sicut Angelus.
3. *Locutionis principium est facultas locutiva eadem, quæ hac in vita; licet*
mutuè ipsa locutio illuc aliter fiat, modo specialiori, sicut de Angelis dictum,
nobis nuncincognito, in primis quoisque in tali statu persistet.
4. *Motus seu actus facultatis loco-motiva, qui, nisi nobilem hanc substantiam*
instar immobilis faxi uni solum loco affixam, adeoque ipsis brutis imper-
fectiorem velis, negandus non est, licet & tunc non ita fiat, sicut in sta-
tu coniuncto. Potest autem movere tum seipsum, tum alia à se, ut
unita, ita quoque separata.

Q. 2.

- Q. 1. An anima sit ex se & sua natura immortalis, ut separata possit esse superficies? A. 1. ex revelatione divina. *Math. X. 28. cap. XXII. 32. Luc. XXIII. 46. Eccl. XII. 7. 2. Ex ratione theoria, quia habet esse spirituale substantiale, omnem materiam, tanquam principium corruptionis, excludens. Et 3. ex ratione practica, dum operationum & laborum suorum premium in hac vita non consequitur, dabitur in altera, ad quam reservatur a DEO, justè cuique suum & sicut meretur, tribuente.*
- Q. 2. An anima separata extra omne corpus subsistat, an vero cum alio corpore se se uniat? A. Prius, licet evidenter scire non possumus, quid post separationem animæ in specie contingat, servare tamen suam existentiam extra unionem cum corpore, credimus. Tum quia fides docet, piorum animas esse in manu DEI & suo tempore cum suo corpore reuniendas; tum quia alias sequeretur, eandem animam non tantum felicem sed saepius separationem passuram, & si jam diudum explosa μετεμψύχωσις esset admittenda, tum individuorum, tum specierum maxima & absurdia sequeretur confusio.
- Q. 3. An status separationis anima sit naturalis, an violentus? D. Separatio quoad fieri, non sit nisi per violentiam, cui anima, tanquam ei, quod composito ruinam infert, quantum potest, resistit atque ab ea naturaliter abhorret. In facto esse dum consideratur, status ille non quidem est 1. violentus positivè, ut adhuc resistat & per formam oppositam actu nitatur in contrarium, neque tamen 2. est pure naturalis, ut natura sua talē expetat & desideret, sed 3. praeternaturalis & violentus privative seu secundum quid, quia interim privatur conditione sibi maximè naturali, sc. informatione corporis cumque eo actuali unione. Nec tandem 4. miraculosus est & supernaturalis status, cum ad existentiam sui extra corpus non indigat extraordinario & speciali Dei concursu, alias sua natura non esset immortalis.
- Q. 4. An anima reunionem appetat, appetitu tum in situ, tam elicito? A. utrumque. De appetitu naturali, in situ vel innato certum est. Siquidem appetitus ille nihil aliud est, quam naturalis quædam propensio & inclinatio ad reunionem, cum aptitudine & potentia informandi conjuncta, quæ à parte rei ab ipsa anima non differt, adeoque in omni statu existit, ubicunque existit anima. Neque dubitamus de elicito, quia voluntati illa unio, ut bonum cognitum & judicatum, representatur & exhibetur, non solum quoad statum gloriae, ubi conveniens existimatur corpus tanquam socium molestiae, habere socium laetitiae. Sed etiam quoad statum puræ naturæ, ut neque miseria neque gloria habeatur ratio, quando rursus conveniens judicat, illud assumere, in quo exequa liceat, ad quod natura sua ordinata est.

Q. 3.

Q. 5. *An retineat omnes potentias, etiam materiales?* A. Vel enim illæ à parte rei identificantur cum anima, vel non: Si illud, omnis justa dubitandi occasio est præcisa. Si hoc, adhuc afferi potest, quia cum istæ potentia tanquam proprietates, semper & necessariò, necessitate naturali, suita comitantur subjectum, in quo subjectantur, sicut omnes proprietates immediate ab essentiis subjectorum suorum emanant. Identitatem autem realem defendimus, non solum quoad potentias immateriales, sed & materiales, ut vocantur, sed extrinsecè, quia scilicet ad operationes suas edendas requirunt organa materialia seu corporea. Neque illæ potentiae sunt accidentia propriæ & per se in 2. specie qualitatis, neque ipsa potentia negari potest, negato ejus proprio actu.

Q. 6. *An retineat species intelligibiles?* A. Illæ enim, dum non dependent à materia vel materiales sunt, huic statui convenient & ad recordationem eorum, quæ hic gesta sunt, necessariae. Recordatio autem, cujus Scriptura quoque meminit *Luc. XVI.* recordare filii. *Esa. LXVI.* vermis eorum non extinguetur, i. e. membrâ actuum exercitabuntur. *Sap. V, 3. 4.* Hi sunt &c. sit, quando intellectus ad illas species in memoria existentes recurrat.

Q. 7. *An habitus retineat corporeos & incorporeos?* Resp. Omnes, qui statui illi non repugnant, etiam corporeos. Sicut verisimile est Dorcam vite à Petro restitutam retinuisse artem texendi vestes & post restitutionem etiam exercuisse, sicut eo fine viduæ hactenus à Dorca vestitæ à Petro restitutionem solicitasse creduntur ex *Autor. IX.*

Q. 8. *An & se & alia à se mouere possit?* A. Quia nulla potest dari sufficiens ratio, cur instituti unionis id possit, & non in separationis.

AXIOMATA ET EFFATA.

1. *Anima rationalis non dependet à materia, dependet tamen à DEO, adeoque annihilari potest.*
2. *Anima rat. separata manet ens incompletum & pars potentialis, adeoque neque suppositum, neque perlona, neque substantia est prædicamentalis.*
3. *Anima rationalis est inorganica, non utitur inter operationes proprias organis.*
4. *Anima separata vivit, intelligit, vult & recordatur post mortem.*
5. *Intellectus operationes tres sunt. Suspicere apprehendere, componere vel dividere, & discurrere.*
6. *Omnes anima separata sunt aequales, essentiâ essentialique per sectione.*
7. *Deficiente iudicio, deficit consensus voluntatis. Unde i. 4o. R. iur. futilis nulla dicitur voluntas.*

CURSUS METAPH. DISP. XVIII.

DE ACCIDENTE, QUANTITATE
ET
QUALITATE.

CAP. I.

DE ACCIDENTE IN GENERE.

- I. Quid? Accidens non adjunctum, praedicamentale, non predicabile, est ens alteri inhærens. Vel, est ens quod, dum ex naturæ suæ essentiali imperfectione extra subiectum naturaliter subsistere non potest, essentiale dicit habitudinem ad subiectum inhæsionis, ut *albedo*, *virius*, *doctrina* &c.
 * Quid sit *rèd* inhærente. vid. Disp. Log. V. Tabell. Qui rationem entis participet, ex supra diestis claret. Accidens triplici modo respicit substantiam. 1. Quod tanquam natura imbecillis & essentialiter imperfecta ad sui naturalem sustentationem exigat substantiam. 2. Quod aptum sit ei inhærente. 3. Quod ei actu inhæreat. Primus ordo est *essentialis* & ipsa accidentis natura. Secundus ex priori fluit, & nostro concipiendi modo accidentis *proprium* est, à parte rei tamen neque distinctus, neque separabilis. Tertius realiter est distinctus adeoque separabilis.
- II. Quotuplex? Resp. Novem sunt accidentis genera: *Quantitas*, *Qualitas* &c. Quorum tria priora dicuntur primaria. Reliqua secundaria. Duo priora absoluta, reliqua cum respectu ad aliud.

CAP. II.

DE QUANTITATE.

- I. Quid? Resp. Quantitas *molis*, non *perfectionis* est accidens absolutum, substantiam in se ipsa extendens, ut habeat partem extra partem, ut *longitudo*.
 * Extensio intelligitur *non entitativa*, quæ est partium diversitas. Neque locis, quæ partes commensurantur partibus loci, ut pars quanti ad partem loci, totum quantum ad totum locum extendatur, inibi contineatur & proportionatè commensuretur, sive illa extensio ad locum dicatur & concipiatur *apitudinalis*, sive *actualis*, tamen cum talis extensio quantitatem sequatur, non constituit eam ut ratio formalis. - Intelligitur autem quantitativa, quæ intrinseca est & formaliter substantiam facit quantam. Conf. Tab. Log. Licet illa à posteriori per habitudinem ad locum exiliari soleat.

		1. <i>Quid?</i> Resp. Cujus partes copulantur communitermino, ut linea.
		2. <i>Permanens</i> , quæ omnes partes potest simul habere, in linea, superficies & corpus.
II. <i>Quoniam</i>	<i>Conti-</i>	1. <i>Quoniam</i> , ubi
	<i>nua</i> , ubi	2. <i>Quoniam</i> , vel
	<i>plex?</i>	vel
		<i>Successiva</i> , quæ non potest omnes partes simul habere, ut tempus & motus.
		<i>Discreta</i> , cujus partes communi termino non copulantur, ut numerus & oratio.
III. Pro-		1. <i>Quantitati propriè & per se nihil est contrarium,</i>
prietates		2. <i>Non recipit magis & minus ratione sui,</i>
sunt		3. <i>Ab ea, propriè & fundamentaliter, res dicuntur aequales vel in-</i>
		<i>aquales.</i>

CAP. III.

DE QUALITATE.

I. *Quid?* Resp. Est accidens absolutum, unde subjectum determinatur qualis, ut a calore calidum, ab albedine album &c.

Habitus, qualitas ut plurimum acquisita, permanens & stabilis, subjectum ad hoc vel illo modo, bene vel male, operandum disponens, ut scientia, virtus, vitium &c. *Dispositio* est eadem qualitas, sed cito transiens & nondum stabilita.

Potentia naturalis, quæ est qualitas ingenita ad simpliciter agendum vel patiendum quid, ut potentia urendi vel calefacendi in igne, potentia videndi in homine.

Impotentia naturalis est quoque eadem potentia, sed imbecillior & debilior, ut potentia videndi in senectute.

Qualitas patibilis, est quæ pati (delectari aut offendiri) facit sensum, vel, est qualitas perceptibilis sensu aliquo externo; vel, est natura quædam stabilis, aut sensum movens aut motu ejus facta, ut albedo, rubedo, nigredo, rubedo, sapor, odor &c.

Passio est eadem qualitas citio transiens & facile mobilis, ut rubor ex verecundia, pallor ex terrore.

Forma vel Figura, est exterior cuiuslibet rei effigies. Vel, qualitas ex terminatione quantitatis resultans, ut figura cœli, figura horiæ &c.

- I. Qualitati convenit contrarietas, per se, radicaliter & proprietas, quanquam non omni.
- III. Proprietate. 2. Recipit magis & minus, per se, non tamen omnis, neque in abstracto sed concreto.
3. Ab ea res dicuntur, proprietas & fundamentaliter, similes vel dissimiles.

Q. Q.

Q. 1. An accidentis possit divinitus conservari extra subjectum? A. Quia hactenus nulla evidens & vera ostendi potuit repugnantia. Quicquid autem in se nullam includit vel repugnantiam vel imperfectionem, DEO possibile est; Atque illa repugnantia vel impossibilitas tantum respectu accidentis, non conservantis, ostendenda erit, quasi accidentis non amplius esset accidentis, si DEUS in illud influeret & non in unionem (quâ alias mediante in subiecto existit) ut eâ ablatâ per negationem concursus sui, nihilominus extra & citra unionem conservaret accidentis. Qui repugnabit, cùm sit natura realiter à substantia distincta & à parte rei extra subjecti essentiam? Cùm proprietates, quæ sunt accidentia, substantiarum effectus sint; Neque verum est, ita accidentis fieri substantiam, vel ens per se substantia.

Q. 2. An ratio formalis quantitatis sit extensio? A. Quandocunque enim rem extensem concipimus, formaliter ut quantam concipimus, ita ut extensio sit ratio constituens subjectum in esse quanti, quâ in quanto non datur prius, quod autem ita sese habet, ratio quantitatis, formalis est. Quam extensio sequitur tum divisibilitas, tum extensio in ordine ad locum, quemadmodum sensus hi causales veri sunt. Quia substantia est extensa, ut una pars sit extra aliam, est divisibilis in suas partes, est mensurabilis &c.

Q. 3. An prima divisio quantitatis sit univoca, generis in suas species? N. Quia quantitas discreta non est unum, adeoque ens per se sed per accidentis. Numerus enim collectio vel multitudo est plurium unitatum, quando formaliter sumitur, quæ unitates multæ non habent unitatem vel unionem nisi in mente & per operationem intellectus nostri, qui ergo numerus formalis vel ens per se vel vera species quantitatis erit? Dico semper, formalis, quia de numero numerato, qui sunt res ipsæ numeratae vel numerandæ, nulla est questionis. Neque de numero numerante, qui est ipse actus intellectus adeoque ad prædicamentum actionis pertinet, non quantitatis, quæri potest. Eadem ratione & oratio ens per accidentis erit, quia est congregatio vel collectio plurium vocum.

Q. 4. *An divisio quantitatis continua in permanentem & successivam sit univoca?* N. Quia neque motus, neque tempus, quantitatis propria species est. Non motus, qui 1. accipitur ut procedit ab agente, & actio est; 2. ut recipitur in paciente, & sic ad praedicamentum passionis pertinet; 3. ut est forma imperfecta tendens ad perfectionem, quæ partim acquisita, partim acquirenda est, ens incompletum est, sive nullius praedicamenti. 4. pro fluxu continuo successivo, quatenus partes habet fluentes, & ipsum fieri est termini seu tendentia inter terminos, à quo & ad quem, ubi rursus incompletum ens est. Et licet in hac ultima acceptione consideratus per modum extensionis & successionis concipiatur, tamen eam non per se habet, sed per aliud, scilicet vel per terminum, qui successivè acquiritur vel per subjectum in quo, vel per spatium, per quod dum producitur & fit, sese extendere dicitur. *Non tempus* quod est duratio motus, à quo omniem successionem vel extensionem habet, adeoque per se non extensum.

Q. 5. *An qualitas recte dividatur in 4. species?* A. Quia illæ inter se satis distinguuntur, ut pauciores esse non possint. Neque ostendit possunt species alias ab his distinctæ.

Q. 6. *An figura à quantitate differat realiter à A.* Quia forma vel figura potest mutari & variari, ut quantitas semper eadem maneat, v. g. latum vel cera nunc assumere potest, pro arbitrio fingentis, nunc ovalem, nunc rotundam & circularem, nunc triangularem vel aliam figuram, quantitate luti secundum rem non variata aut multiplicata.

AXIOMATA & EFFATA.

1. *Accidentia esse existentiaz est naturaliter inesse subjecto inhesionis.*
2. *Accidentia, tanquam subjecti ultinò denominati, non est accidentis.*
3. *Accidens numero idem non migrat de subjecto inhesionis, proximo & primario, in aliud etiam tale vel simile.*
4. *Unum numero accidens secundum totum suum esse, naturaliter non potest esse in diversis, divisis & immediatis, subjectis.*
5. *Quantitas, ut efficientis principalis, per transmutationem nullæ est efficacia ad actiones reales & materiales, non intentionales & spirituales.*
6. *O. Corpus est quantum, O. quantum divisibile, & contra.*
7. *Solis qualitatibus inter accidentia via agendi actione reali & strictè dicta, convernit.*
8. *Virtus unita in debita quantitate & qualitate, major est dispersa.*

DE RELATIONE & RELIQVIS PRÆDICAMENTIS.

CAP. I. DE RELATIONE.

- I. Quid? Resp. Relata sunt, quorum totum esse est ad aliud aliquo modo sese habere, ut Pater & Filius.
- Relatio est accidens reale, cuius totum esse est unum referre ad aliud, relatum sc. ad correlatum vel subiectum ad terminum, ut Paternitas.
- * Dum dicitur accidens, excluduntur relationes divine, per reale excluduntur relationes rationis. Quid sit secundum totum esse referri ad aliud, v. in Log.
1. Subiectum, quod est substantia, cui relatio inhæret, ut David.
 2. Relatum est denominativum relationis, ut pater paternitatis.
 3. Correlatum est ipsum relatum alteri relato correspondens, ut pater filio & filius patris est correlatum.
- II. Requisita, qua?
4. Fundamentum est principium subiecto intrinsecum, per & propter quod illud aptum est relationem suscipere, ut potentia activa generandi in patre respectu paternitatis, vel ipsa quoque generatio, quæ alias ratio fundandi dicitur.
 5. Terminus est subiectum relationis oppositæ, quatenus ad ipsum est relatio, ut paternitas terminus est filius.
 6. Realis, quæ citra mentis fictionem est in rebus ipsis, ut paternitas, similitudo.
 7. Rationis, quæ singitur ab intellectu, ut identitas inter Denm & lignum concepta.
 8. Predicamentalis, ut in definitione superiori, quæ & secundum esse dicitur.
- III. Omo-
tplex?
2. Transcendens, quâ præter respectum ad aliud, simul aliud munus exercetur, sc. causa ad effectum, &c., vid. Log. Dicitur etiam, secundum dici.
 3. Mutua, quando in utroque relatorum realis relatio respondet, ut paternitas.
 3. Non mutua, quando in uno relatorum relatio est realis, in altero non, ut est relatio scientia ad scibile, quoniam potest esse sine scibili, sed scibile potest esse sine scientia.
 4. Aequaliter, quæ fundamentum habet ejusdem rationis, ut similitudo, quæ fundatur in eadem qualitate, aequalitas in eadem quantitate.
 5. Disparantia, quæ habet fundatum diversæ rationis, in dissimilitudo, quæ fundatur in diversa qualitate &c.

- IV. Proprietates.**
- 1. Und relatorum positio, ponitur & alterius.
 - 2. Relata sunt simili.
 - 3. Uno relatorum definite cognito, cognoscitur & alterius.

CAP. II.**DE ACTIONE ET PASSIONE.**

I. Quid? Resp. Actio est forma accidentalis, à qua denominatur agens. Et Passio, à qua patientis dicitur, ut calefatio.

- | | |
|--------------------------|---|
| II. Quoniam plex? | <p><i>Substantialis</i>, cuius terminus est substantia, ut generatio, creatio.</p> <p><i>Accidentalis</i>, cuius terminus est accidens, ut calefactionis est calor.</p> <p><i>Immanens</i>, quæ in eo, à quo producitur, manet, adeoque ad aliud objectum extra agens, non transit, ut intellectus, voluntas.</p> <p><i>Transiens</i>, quæ ad aliud objectum extra agens transit, ut calefatio.</p> <p><i>Per emanationem</i>, cum sine interveniente alio accidente, effectus per nudam resultantiam productus, ut calor a igne.</p> <p><i>Per transmutationem</i>, cum mediante alio accidente effectus producitur, ut calor aquæ mediante actione ignis.</p> <p><i>Perfectiva</i>, quâ perficitur subjectum, ut informatio.</p> <p><i>Destructiva</i>, quâ destruitur subjectum, ut combustio.</p> |
|--------------------------|---|

CAP. III. DE RELIQUIS PRÆDICAMENTIS.

QUANDO est existentia rei in tempore. Vel, est id, quod ex temporis adjacencia in re temporali relinquitur, ut esse hodie, fuisse heri.

* Convenit & corpori & spiranti sed creato sc. Angelo.

UBI est existentia rei in loco. Vel, est id, quod ex accommodatione rei ad locum relinquitur, ut esse in domo, templo &c.

* Convenit materiali & immateriali. Ut, sicut Quando evum, ita Ubi complectitur presentiam Angelicam.

SITUS est dispositio partium in toto in ordine ad locum. Vel, est id, quod ex dispositione partium in ordine ad locum resultat, ut stare, sedere, jacere &c.

* Convenit soli corpori, heterogeneo, & quidem proprio, animato.

HABITUS est indumenti vel ornamenti ad corpus applicatio, vel adjacentia. Aut rectius, id quod ex adjacentia eorum, quæ circa corpus sunt, relinquitur vel causatur, ut esse tunicalium, coronatum, pileatum &c.

Q. Q.

- Q. 1. *An relatio sit verum ens, adeoque relatio predicamentalis reale accidens?* A. Quia unum est alterius adeoque respectum dicit ad aliud, citra ullam mentis nostræ operationem vel fictionem. Neque à parte rei idem dicit cum esse illius rei absoluто, siquidem hoc retento & non mutato, relatio potest mutari & perire.
- Q. 2. *An relatio differat realiter à fundamento?* A. Non quidem distinctione reali majori, vel strictè dictâ, quæ est inter rem & rem, de quo etiam non est controversia, sed minori seu modali. Quia relatione sublatâ, quod contingit moriente filio, ad quem pater amplius referri nequit, non tollitur fundamentum, quæ autem ita sese habent, ut uno sublato, alterum persistat, realiter differunt, ut Disp. IV. c. 2. §. 3. significatum fuit.
- Q. 3. *An terminus relationis sit ens absolutum? An vero respectivum?* Resp. Cum alia sit relatio mutua; alia non mutua, Cajeanus existimat, in utraque esse relativum seu oppositam relationem: Rubius & alii in mutua censent relativum, in non mutua absolutum: Alii autem in utraque dicunt terminum esse absolutum ens, quæ sententia ut est verior & probabilior, ita quoque communior. Nam, quæcunque sunt simul & prioritatem excludunt atque posterioritatem, illorum unum non potest esse alterius terminus. Sed relata formaliter talia, sive relationes ipsæ sibi mutuo respondentes, sunt simul. E. Major, probatur, quia, omnis relationis terminus naturâ prior est relatione, quippe quæ ex ejus positione resultat.
- Q. 4. *An relatum per eandem numerum relationem ad plures referatur terminos, ut his multiplicatis, non multiplicetur illa?* Resp. Cum nulla ostendi possit repugnatio aut multiplicandi necessitas, quare non per eandem v. g. paternitatem, pater respicere possit plures filios, ut alio nato filio per eandem non per aliam paternitatem in esse patris constitutus maneat. Et cum recens natus filius alius inveniat constitutam, non de novo constituit paternitatem sed saltet ad se quoque trahi & extendi facit. Atque sic una quoque est in filio filiatio, licet ejus termini sint duo, pater & mater. Duo sunt inadæquati & partiales, unus adæquatus & totalis ex illis junctim sumtis constitutus.
- Q. 5. *An actio & passio differant realiter?* Censent id nonnulli, sicut & Macrovius, habet in Metaph. p. 1. 6. Sed sine solido distinctionis realis argumentante.

mento. Neque sufficit ad illam, quod sint diversa prædicamenta, in accidentibus enim sufficit, ab illis substantiam diversimodo affici & denominari, quod cum prætent actio & passio, diversa genera constituant.

Q. 6. *An actio sit in agente an patiente?* Afferitur posterius, est enim ab agente & recipitur in paciente, neque passio erit nisi in paciente, tanquam subjecto, sed passio est actio, E. & actio à parte rei est in paciente.

Q. 7. *An creatio sit accidens & quidem prædicamentale?* Quousque stat communis sententia, terminum creationis ab ipsa creatione haud differre realiter, non potest, quin dicatur substantia, quando creatur substantia. Extra illam hypothesin, & quando creatio medium erit inter Creatorem & creaturam, inquit certa ratione intra illam hypothesin & communem sententiam, nihil vetabit dicere accidens, quando scilicet creatur accidens. vid. q. Log. & plura in explicatione. confer. Disp. Coll. Philo-Theos de Creatione, ubi creatio distingui docetur à creatione vel termino.

Q. 8. *An Situs & Ubi realiter different?* A. Quia uno variato & mutato, alterum non variatur. Neque enim qui locuta mutat, dispositionem partium mutat. Contrarium tuerit Dn. Horneius.

AXIOMATA ET EFFATA.

1. *Relatio non infert veram relatorum praesentiam.*
2. *Relatum, ut tale & formaliter sumtum, non est in correlatio, & vice versa.*
3. *Relatio intrinsecè & per formam absolutam, non mutat subjectum. Licet mutet extrinsecè & quoad usum seu officium.*
4. *Relatio, quæ ralis, non incurret in sensu.*
5. *Agens ut tale, quod nec patitur vicissim, est nobilitas patientis, ejusdem scilicet ordinis.*
6. *O. actio realis & propriè dicta sit per contactum, sive formalem & corporeum, sive virtualem & Metaphysicum.*
7. *Passio recipitur pro conditione & natura patientis, non agentis.*
8. *Actionis & relationis realis terminus est ens reale. Ad non ens enim nulla terminatio actio.*

DE ENTE RATIONIS.

Tandem per Indicatum exponendum venit ENS RATIONIS, ubi consideranda sunt QUATUOR sequentia.

- I. Circa NOMEN.
1. Ετυμολογία vel notatio. Dicitur ens rationis à ratione, quia est aliquid rationis, vel à ratione dependens, vel excogitatum & fictum.
 2. Συνωρυπία, dicitur quoque ens fictum, ens chimericum, figuratum, notio secunda.
 3. Ομορυπία, aliquando accipitur strictè prænotione secunda vel supposito, i. e. pro ente rationis, quod habet fundamentum suum in rebus, & sic opponitur pure ficto. Frequenter autem latè pro omni eo, quod non habet esse reale, nisi tantum objectivè in & à mente nostra, ut sequetur.
- II. QUID SIT? Resp. *Ens rationis est*, quod non habet esse in re, sed tantum objectivè in & à mente nostra. Vel, quod non habet esse, nisi quod mens nostra ad modum entis, quasi tale ens sit & detur, effingit & cognoscit.
- Nota 1.
- * Ens dici, equivocè & per analogiam, quia fingitur ad modum entis, sicut & illi, quae esset ens reale, affectiones tribui solent.
 2. Non habere esse in re nihil aliud est, quam à parte rei tale esse non inveniri aut respondere, quale in mente concipitur esse, ita ut omne esse reale illi denegetur, tum actuale, tum possibile. 3. *Essere habere in & à mente tantum objectivè est*, quando mens nostra sibi esse aliquod sistit & singit, quod præter & extra hoc quod intellectui objicitur atque ab eo cognoscitur, in re ipsa nihil est; Ut aliud sit 1. *objectivè esse in mente*, quod est menti sisti & ab ea, tanquam objectum, cognosci, sicut quoque entia realia menti objiciuntur, quibus autem in re ipsa esse aliquod respondet. *Aliud 2. tantum objectivè esse in mente*, & ita tantum entia rationis sunt in mente. *Aliud 3. subjectivè esse in mente vel in intellectu*, sicut habitus & conceptus intellectus, itemque species intelligibiles, quæ tamen singula entia realia sunt. *Aliud 4. effectivè esse ab intellectu*, quod efficitur ab intellectu; & hoc quoque enti reali convenient, sicut arte facta ab eo dependent, neque entia desinunt esse realia.
- III. UNDE SIT? Resp. *Ab intellectu*, qui sibi aliquid sistit, concipit & singit, quasi esset, quod verè & in se nihil est.

* Dico intellectu, quia intellectus actus sunt concipere, cogitare, fingere, non voluntatis, non sensuum, sive externorum sive internorum. Intelligitur autem intellectus creatus, in creato enim repugnat. Creatus vel humanus vel angelicus. Et cum mentis vel intellectus nostri tres sint operationes, apprehensio, compositione ut & divisio, atque discursus vel argumentatio, secundum triplicem mentis operationem ab intellectu dependet. Non tamen is, quando ens rationis fingit, propriæ causa fit, sed saepe per analogiam ita vocatur, ut sicut ipsum esse se habeat, quod dicitur effectum, ita quoque se habeat causa.

IV. QUOTUPLEX?

Resp.

Rationis ratiocinantis, quod nullum fundamentum habet in re, ut pure fictum, chimera, v. g. &c.

Rationis ratio inata, quod habet fundamentum in re, ut notio secunda, genus v. g. &c.

Aliud substantiale, quod fingitur ad modum substantiae, ut mons aureus &c.

Aliud accidentale, quod tanquam accidentis esset, concipitur, ut cecitas, surditas, color chimera, figura cerberi &c.

Positivum, quod, sicut effingitur, tanquam ens positivum presentatur, ut cerberus, mons aureus, relatio rationis.

Negativum, quod sicut effingitur tanquam existens aliquid, positivum negat, sicut cecitas & alia privationes & negationes se habeant.

Q. Q.

Q. 1. An datur ens rationis? A. Eo enim modo, quo dicitur mens sibi sistere & fingere aliquid esse, quod non est, datur etiam ens rationis, non ut fiat reale quoad esse objectivum, sicut realitatem habet ut conceptus formalis, sed est ens rationis, ut manet fictum, de quo testantur omnes artes.

Q. 2. Cuius discipline sit agere de ente rationis? Per se quidem, cum non sit objectum, ratione sui & per se scibile, nulla disciplina realis agit de ente rationis in actu signato. Indirectè autem & per modum oppositi seu digressionis & reductivæ ad Metaphysicam pertinet, ad quam spectat agere de ejus opposito, ente sc. reali, oppositorum enim, dicto tamen diversitatis modo, eadem est scientia.

Q. 3. Quid sit ens rationis? Resp. 1. Non est id, quod est in intellectu; contra Hervagium, Occamum & quoscunque alios, qui ab hac notatione descriptionem instituunt

instituant. Resp. 2. Non est denominatio extrinseca, quia efficient intellectus, forma enim denominandi externa quoque realis esse potest, & quidem non solum respectu intelligentis, sed & respectu objecti cogniti, sicut semper eadem manet. Resp. 3. Non est id, quod est aliquid & non idem nihil, quia de ente rationis vere & propriè dici non potest quod sit aliquid; neque omnino negari potest, ens rationis esse nihil. Resp. 4. Non est idem ac notio secunda, sed ut th. th. habent, id est, cuius esse dependet ab intellectu objectivè tantum.

Q. 4. An intellectus sit causa ens rationis? Propriè loquendo, quia ens rationis ut est tale, non existit, non habet esse reale, causam propriè dictam non habet efficientem, efficiens enim & effectum ens rationis vere & propriè affectiones sunt, non ens facti & imaginarii, quatenus sc. talia sunt. Habet autem, prout dicit conceptum formalem in mente, habet enim quoad conceptum objectivum, sed secundum similitudinem, analogiam & proportionem.

Q. 5. An intellectus divinus faciat ens rationis? N. Fingere enim esse, quod non est, disformatatem habet, adeoque falsum infert, falsum autem in intellectu divino esse non potest. Cognoscit quidem, quod perfectionis est, ne ignoret id, quod nos concipimus, non autem ipse format aut fingit, quod imperfectionis. Neque cognoscere est facere, vel dare esse id, quod cognoscitur, neque esse objectivè in intellectu, est conferre esse objectivè in intellectu & quidem tantum objectivè, qua tamen à dissentientibus male confunduntur.

Q. 6. Asper primam mentis operationem possit fieri ens rationis? A. Negat Mendoz. Met. d. 19. Cornelius Log. p. 60. Heerb. 178. quia in illa operatione non reperia ut falsitas. Sed experientia & exemplorum evidencia docet, per eam simpliciter quid posse apprehendi per modum ensis, quod se ipsa ens non est, v. g. cerberus ad modum canis, qui tamen non est; sed quod ita concipitur, ens rationis est. Neque requiritur hinc falsitas complexa, que in tali operatione non est, sufficit incompleta, error sc. & disformatas in apprehensione inter ipsum videlicet conceptum & objectum.

Q. 7. An intellectus angelicus facere possit ens rationis? A. Quia illi talis disformatas non repugnat, neque Angelus ad absolutam perfectionem assurgit.

Q. 8. An alia quoque potentia, prater intellectum, facere possint ens rationis? N. Voluntas supponit objectum suum, quod est bonum, aliunde ostensum & praesentatum. Idem exigunt sensus externi. Interni, licet materialiter tale & in analogia quid enti rationis hanc dissimile fingant, tamen non fungunt formaliter sub ratione entis & habitudine ad non ens.

Porismata & Regulæ.

1. *Ens rationis non est, à parte rei & extra intellectum, verè & propriè.*
2. *Ens rationis est aliquid rationis & nihil à parte rei.*
3. *Qui singit ens rationis, cognoscit, sed non qui cognoscit, singit.*
4. *Negationes & privationes, conceptæ per modum alicujus existentis formæ oppositum positivum negantis, sunt entia rationis. Conceptæ ut à parte rei nihil sunt, non sunt.*
5. *Denominationes extrinsecae, respectu formæ denominantis realis, non sunt entia rationis. Respectu relationis, habitudinis aut applicationis ad denominatum, sunt talia.*
6. *Cessante operatione intellectus, tanquam causa efficiente & sustentante, cessat ens rationis.*

F I N I S.

